Qui non est mecum: contra me est: & qui ñ congregat mecum: spargit, Ideo dico uobis, Omne peccatum & blasphemia: remittetur hominibus, Spe aut blasphemia: non remittetur; Et quicumq; dixerit uerbum contra filium hominis: remittetur ei. Qui aut dixerit contra spm sem: non remittetur ei: neq; in hoc seculo: neq; in futuro,

T. cxxiiii. Sol

Aut facite arborem bonam: & fructum ei bonum. Aut facite arborem malam: & fructu ei malum. Si quidem ex fructu: arbor agnoscitur: Progenies uiperarum: quomodo potestis bona loqui cum sitis mali: Ex habundantia enī cordis: os loquit,

T. cxxv. L. lxii.

Bonus homo de bono thesauro: profert bona, Et malus homo de malo thesauro: profert mala,

T. cxxvi. Sol.

Dico autē uobis, Quō omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines: reddent de eo rationem in die iudicii, Ex uerbis enim tuis iustificaberis: & ex uerbis tuis condempnaberis,

T. cxxvii. L. cxxviii.

Tunc responderunt ei quidam de scribis: & pharisęis dicentes, Magister: uolumus a te signū uidere,

T. cxxviii. L. cxxxii.

Qui respondens: ait illis, Generatio mala & adultera signum quirit: & signum non dabitur ei: nisi signum ionę pphetę, Sicut enim fuit ionas:

in uentre ẹ̃ tribus diebus. & tribus noctibus. sic
erit filius hominis in corde terre tribus diebus. &
trib; noctibus, Viri ninuite surgent in iudicio
cum generatione ista & condempnabunt eam. quia
penitentiam egerunt. in predicatione ionę. Et ecce
plus quam iona hic, Regina austri surget in iudicio
cum generatione ista & condempnabit eam. quia
uenit a finibus terre audire sapientiam salomo
nis. Et ecce plus. quam salomon hic,

T. ꝯ. cxxviii
V
L. cxxx.

Cum autem inmundus spe exierit abhomine. am
bulat per loca arida. quęrens requiem & non inuenit,
Tunc dicit. Reuertar in domum meam. unde exiui,
Et ueniens inuenit eam uacantem. scopis munda
tam & ornatam. Tunc uadit & assumit septem
alios spe secum nequiores se. & intrantes habi
tant ibi, Et fiunt nouissima hominis illius.
peiora prioribus. Sic erit generationi huic pessimę,

T. ꝯ. cxxx.
R. ꝯ. xxxv.
L. Lxxxii.

Adhuc eo loquente ad turbas. ecce mater eius &
fratres stabant foris. quęrentes loqui ei, Dixit
autem ei quidam, Ecce mater tua. & frs tui
foris stant. quęrentes te, At ipse respondens.
dicenti sibi ait, Quę est mater mea. & qui sunt
frs mei. Et extendens manu in discipulos suos
dixit. Ecce mater mea & fratres mei, Quicumq;
enim fecerit uoluntate patris mei qui in cęlis
est. ipse meus frater. & soror. & mater est, xiii.

T. ꝯ. cxxxi.
R. ꝯ. xxxvi.
L. Lxxxvi.

IN ILLO DIE EXIENS IHC DE DOMO

sedebat secus mare. & congregate sunt ad eu turbe
multe. ita ut in nauicula ascendens sederet. &
omnis turba stabat in litore. Et locutus est eis
multa. in parabolis dicens, Ecce exiit qui semi
nat seminare. Et dum seminat. quedam ceciderunt secus uiam. & uenerunt uolucres. & comederunt ea, Alia aut ceciderunt in petrosa. ubi non habebat terra multa. & continuo exorta sunt. quia n habebant altitudinem terre. Sole autem orto. aestuauerunt. & quia n habebant radicem aruerunt. Alia aut ceciderunt in spinas. & enu
erunt spine. & suffocauerunt ea. Alia aut ceci
derunt in terra bona. & dabant fructu. Aliud centesimum. aliud sexagesimu. aliud tricesimu,
Qui habet aures audiendi audiat, Et accedentes
discipuli. dixerunt ei, Quare in parabolis. lo
queris eis. Qui respondens. ait illis. Quia uob datum est nosse mysteria regni celorum. Illis autem non est datum,

T. Ma. cxxxii. V. L. lxxxi.

Qui enim habet. dabitur ei. & habundabit. Qui
aute non habet. & quod habet auferetur abeo,

T. Ma. cxxxiii. R. Ma. xxxvii. L. lxxvii. Ph. c viii.

Ideo in parabolis loquor eis. quia uidentes non ui
dent. & audientes n audiunt. neq; intellegunt.
Et adimplebitur in eis. prophetia esaie dicens.
Auditu audietis. & non intellegetis. Et uidentes
uidebitis. & non uidebitis. Incrassatu est enim
cor populi huius. & aurib; grauiter audierunt.

& oculos suos clauserunt. Nequando uideant oculis. & auribus audiant. & corde intellegant. & conuertantur. & sanem eos.

T. Ma. cxxxviii. Y L. cxx. Vestri autem beati oculi quia uident. & aures uestre quia audiunt, Amen quippe dico uobis. Quia multi prophete & iusti cupierunt uidere que uidetis. & non uiderunt. Et audire que audiitis. & non audierunt.

T. Ma. cxxxv. R Ma. xxxviii. L. lxxviii. Uos ergo audite parabolam seminantis, Omnis qui audit uerbum regni. & non intellegit. uenit malus. & rapit quod seminatum est in corde eius. Hic est. qui secus uiam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est. hic est qui uerbum audit. & continuo cum gaudio accipit illud. Non habet autem in se radicem. sed est temporalis. Facta autem persecutione & tribulatione propter uerbum. continuo scandalizatur. Qui autem est seminatus in spinis. hic est qui uerbum audit. & sollicitudo seculi istius. & fallacia diuitiarum suffocat uerbum. & sine fructu efficitur. Qui uero in terra bona seminatus est. hic est qui audit uerbum. & intellegit. & fructum affert & facit. aliud quidem centesimum. aliud autem sexagesimum. aliud uero tricesimum.

T. Ma. cxxxvi x Sol. Aliam parabolam proposuit illis dicens. Simile factum est regnum celorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines. uenit inimicus eius. & sup seminauit zizania in medio tritici. & abiit. Cum autem crescisset

herba & fructū fecisset: tunc apparuerūt & zizania,
Accedentes autē serui patris familias: dixerunt
ei, Dne: nonne bonū semen seminasti in agro
tuo. unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimi
cus homo hoc fecit. Serui autē: dixerunt ei,
Vis imus: & colligimus ea? & ait. non. Ne forte
colligentes zizania: eradicetis simul cum eis &
triticum, Sinite utraq; crescere: usq; ad messem.
Et in tempore messis: dicā messoribus. Colligite
primū zizania: & alligate ea fasciculos: ad con
burendum: triticū aū congregate in horreū meū,

T. cxxxvii. R. xliii. L. clxvii.

Aliam parabolam: ꝓposuit eis dicens, Simile est
regnum cęlorū granosinapis: quod accipiens
homo seminauit in agro suo: quod minimum
quidē est omnib; seminibus, Cum autē creuerit:
maius est omnibus holeribus: & fit arbor. ita:
ut uolucres cęli ueniant: & habitent in ramis eius,

T. cxxxviii. V. L. clxviii.

Aliam parabolam: locutus est eis. Simile ē regnū
cęlorū fermento: quod acceptū mulier: abscondit
in farinę satis trib; donec fermentatū est totum,

T. cxxxviii. VI. R. xlv.

hęc omnia locutus est ille in parabolis ad turbas:
& sine parabolis non loquebatur eis. Ut adimple
retur quod dictū erat ꝑ prophēta dicentē. Ape
ria in parabolis os meum: eructuabo abscon
dita a constitutione mundi,

T. cxl. X. Sol

Tunc dimissis turbis: uenit in domū. Et acces
serunt ad eum discipuli eius. dicentes, Dissere

nob parabolā zizaniorū agri, Qui respondens ait,
Qui seminat bonū semen est filius hominis, Ager
autem est mundus, Bonum uero semen hi
sunt filii regni, Zizania autem filii sunt nequā,
Inimicus autē qui seminat ea est diabolus,
Messis uero consummatio seculi est, Messores au-
angeli sunt, Sicut ergo colligunt zizania
& igni conburuntur sic erit in consummatione
seculi, Mittet filius hominis angelos suos & colli
gent de regno eius omnia scandala & eos qui
faciunt iniquitatem & mittent eos in caminū
ignis ibi erit fletus & stridor dentiū, Tunc iusti
fulgebunt sicut sol in regno patris eorum,
Qui habet aures audiendi audiat,
Similo est regnum celorū thesauro abscondito
in agro quem qui inuenit homo abscondit &
pre gaudio illius uadit & uendit uniuersa que
habet & emit agrū illum, Iterū simile est
regnum celorū homini negotiatori querenti
bonas margaritas Inuenta autē una preciosa
margarita abiit & uendidit oīa que habuit
& emit eam, Iterum simile est regnū celorū sa
gene misso in mare & ex omni genere piscium
congreganti. Quā cum impleta esset educentes
& secus litus sedentes elegerunt bonos in ua sa
malos autē foras miserunt. Sic erit in consumma
tione seculi, Exibunt angeli & separabunt

malos de medio iustorũ: & mittent eos in caminũ
ignis: ibi erit fletus & stridor dentium, Intellexis
tis hæc omnia? Dicunt ei. etiam. Ait illis. Ideo
omnis scriba doctus in regno cælorũ: similis est
homini patrifamilias: qui profert de thesauro
suo: noua & uetera; Et factum est cũ consummas
set ihs parabolas istas: transiit inde,

T. cxli. R. I. M. l. L. xviii. J. lviii. Et ueniens in patria sua: docebat eos in synagogis
eorum: ita ut mirarentur: & dicerent, Unde huic
sapientia hæc & uirtutes? Nonne hic est fabri filius?
Nonne mater eius dicitur maria? & frs eius Iacob,
& Ioseph: & symon: & iudas: & sorores eius: Nonne
omnes apud nos sunt. Unde ergo huic oma ista?
& scandalizabantur in eo,

T. cxlii. R. I. M. li. L. xxi. J. xxxv. Ihs aut: dixit eis. Non est prophæta sine honore:
nisi in patria sua & in domo sua: & non fecit ibi
uirtutes multas: propter incredulitatẽ illorum,

T. cxliii. R. II. M. lvii. L. xc. In illo tempẽ audiuit herodes xiiii.
tetrarcha famam ihũ: & ait pueris suis, Hic est
iohannes baptista: ipse surrexit a mortuis: &
ideo uirtutes operantur in eo,

T. cxliiii. R. II. M. lviii. L. xii. Herodes enim tenuit iohannẽ: & alligauit eum:
& posuit in carcerẽ: propter herodiadẽ uxorem
fratris sui. Dicebat enim illi iohannes: Non licet
tibi habere eam; Et uolens illũ occidere timuit
populũ: quia sicut prophæta eum habebant.

T. cxliv. R. VI. M. lx. Die autẽ natalis herodis: saltauit filia herodiadis

in medio: & placuit herodi. Unde cum iuramento
pollicitus est ei dare: quod cumq; postulasset ab
eo. At illa premonita a matre sua. Da mihi inquit
hic in disco: caput iohannis baptiste. Et contrista
tus est rex: propter iuramentum autem: & eos qui pa
riter recumbebant: iussit dari, Misitq; & decolla
uit iohannem in carcere: & allatum est caput eius
in disco: & datum est puelle. & tulit matri sue.
Et accedentes discipuli eius: tulerunt corpus &
sepelierunt illud: & uenientes nuntiauerunt ihu,

Mt. xiv. Mr. Lxvi. Lxvii.

Quod cum audisset ihc: secessit inde in naiicula.
in locum desertum seorsum, Et cum audissent
turbe: secute sunt eum pedestres de ciuitatib',
Et exiens uidit turba multam: & misertus est eis:
& curauit languidos eorum,

Mt. xiv. Mr. Lxvii. L. xcvi. Lxviii.

Vespere autem facto: accesserunt ad eum discipuli
eius dicentes. Desertus est locus: & hora iam pre
teriit. Dimitte turbas: ut euntes in castella:
emant sibi escas. Ihc autem: dixit eis. Non habent
necesse ire: date illis uos manducare, Responde
runt ei, Non habemus hic: nisi quinq; panes: &
duos pisces, Qui ait eis, Afferte illos mihi huc,
Et cum iussisset turba discumbere sup foenum:
acceptis quinq; panibus. & duobus piscibus: aspi
ciens in celum. benedixit: & fregit: & dedit
discipulis panes. Discipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes: & saturati sunt. Et tulerunt re

liquias. duodecim cophinos fragmentorũ plenos,
Manducantũ aũt fuit numerus. quinq; milia uirorũ. exceptis mulieribus & paruulis,

T. o. xlviii. vi
R. lxv.

Et statim iussit discipulos ascendere in nauicula.
& precedere eũ trans fretũ. donec dimitteret turbas,

T. o. xlviii. ii
R. lxvi.
l. xliii. lxxxv.

Et dimissa turba. ascendit in montẽ solus orare,
Uespere aũt facto. solus erat ibi. Nauicula aũt.

T. o. cl. iiii.
R. lxvii.
ꝓ. li.

in medio mari iactabatur fluctibus. erat enim contrarius uentus, Quarta aũt uigilia noctis.
uenit ad eos ambulans super mare, Et uidentes eum supra mare ambulantẽ. turbati sunt dicentes. quia fantasma est. Et pre timore. clamauerũt,
Statimq; ille. locutus est eis dicens. Habete fiducia. ego sum nolite timere,

T. o. li. x
Sol.

Respondens aũt petrus. dixit. Dne si tu es. iube me uenire ad te super aquas, At ipse ait. Ueni,
Et descendens petrus de nauicula. ambulabat super aquã. ut ueniret ad illm, Uidens uero uentũ ualidum timuit. Et cum cepisset mergi. clamauit dicens. Dne. saluum me fac, Et continuo ille extendens manũ. apprehendit eum. Et ait illi, Modice fidei. quare dubitasti.

T. o. lii. vi.
R. lxviii.

Et cum ascendissent in nauicula. cessauit uentus.
Qui aũt in nauicula erant. uenerunt & adorauerunt eum dicentes. Uere. filius di es,

T. o. liii
R. lxviii ii
l. xxxvi.

Et cum transfretassent. uenerunt in terra gennesar.
Et cum cognouissent eum uiri loci illius. miserũ

in uniuersam regionē illam. & obtulerunt ei omnes
male habentes. Et rogabant eum. ut uel fimbriam
uestimenti eius tangerent. Et quicumq; tetige
runt. salui facti sunt,

Tom. el iii
R VI
Tom. l xxi.

XV

TVNC ACCESSERVNT AD EV
abhierosolimis scribe & pharisei dicentes. Quare
discipuli tui. transgrediuntur traditiones seniorū.
Non enim lauant manus suas cum panē manducant,
Ipse autē respondens. ait illis. Quare & uos trans
gredimini mandatum dī propter traditionem
uram. Nam ds dixit. Honora patrē & matrem.
Et qui maledixerit patri uel matri. morte morie
tur; Uos autē dicitis. Qui cumq; dixerit patri uel
matri. munus quod cumq; est ex me. tibi pro
derit. Et non honorificauit patrē suū aut matrē
suam. & irritum fecistis mandatū dī. propter
traditionē uram, Hypocritę. bene pphā aut
de uobis isaias dicens. Populus hic labris me ho
norat. cor autē eorum longe est a me. Sine cau
sa autē coluerunt me. docentes doctrinas. mandata
hominum, Et conuocatis ad se turbis. dixit eis.

I

Audite & intellegite. Non quod intrat in os coin
quinat hominē. sed quod procedit ex ore.
hoc coinquinat hominem,

Tom. el v.
X
Sol.

Tunc accedentes discipuli ei. dixerunt ei. Scis
quia pharisei audito uerbo. scandalizati sunt,
At ille respondens. ait. Omnis plantatio quā non

plantauit pater meus celestis eradicabitur;

Tom. cl vi. v l. lvii. Sinite illos. cecci sunt. duces cecorũ, Cecus autem si
cecco ducatum prestet. ambo in foueã cadunt,

Tom. cl vii. vi. ad. lxxii. Respondens autẽ petrus. dixit ei. Adisserte nobis.
parabolam istam, At ille dixit, Adhuc et uos.
sine intellectu estis. Non intellegitis quia omne
quod in os intrat. in uentre uadit. et in secessũ
emittitur. Que autẽ procedunt de ore. de corde
exeunt. et ea coinquinant hominẽ, De corde
enim exeunt. cogitationes male. Homicidia.
adulteria. fornicationes. furta. falsa testimonia.
blasphemiae. hec sunt. que coinquinant hominẽ,
Non lotis autẽ manib; manducare. ñ coinquinat
hominem, Et egressus inde ille. secessit in par
tes tyri et sidonis. Et ecce mulier chananea
a finibus illis egressa. clamauit dicens ei. Mise
rere mei dñe. fili dauid. filia mea. male a doe
monio uexatur, Qui non respondit ei uerbum,
Et accedentes discipuli eius. rogabant eum
dicentes. Dimitte eam. quia clamat post nos,

Tom. cl viii. v l. ccxxvi. Ipse autẽ respondens ait, Non sum missus. nisi
ad oues que perierunt domus israhel,

Tom. cl viii. vi ad. lxxiii. At illa uenit. et adorauit eum dicens. Dñe. adiuua
me, Qui respondens. ait, Non est bonũ sumere
panẽ filiorũ. et mittere canibus, At illa dixit.
etiam dñe. Nam et catelli edunt de micis. que
cadunt de mensa dominorũ suorũ, Tunc respondens

illo: ait illi. O mulier: magna est fides tua: fiat
tibi sicut uis. Et sanata est filia eius: ex illa hora, +

T. m. clx. R. vi. d. lxxvi. Et cum transisset inde illo: uenit secus mare galilee:
& ascendens in montem: sedebat ibi, Et accesserunt
ad eum turbe multe: habentes secum mutos: clodos:
ceecos: debiles: & alios multos: & proiecerunt eos
ad pedes eius: & curauit eos: ita ut turbe mirarent,
Uidentes mutos loquentes: clodos ambulantes: ceecos
Iuidentes: & magnificabant dm israhel, X VI.

IHC AUT CONVOCATIS DISCIPULIS
suis: dixit, Misereor turbe: quia triduo iam per
seuerant mecum: & non habent qd manducent,
Et dimittere eos ieiunos nolo: ne deficiant in uia,
Et dicunt ei discipuli, Unde ergo nobis in deserto
panes tantos ut saturemus turba tantam. Et ait
illis ihc, Quot panes habetis. At illi dixerunt: Septem
& paucos pisciculos, Et precepit turbe: ut discum
bere super terram, Et accipiens ihc septem panes & pis
ces. gras agens: fregit: & dedit discipulis suis,
Et discipuli: dederunt populo, Et comederunt omes:
& saturati sunt, Et quod sup fuit de fragmentis:
tulerunt septem sportas plenas, Erant autem qui man
ducauerunt quattuor milia hominum, extra paruu
los & mulieres, Et dimissa turba: ascendit in na
uicula: & uenit in fines magedan,

T. m. clxi. R. iii. d. lxxvii. f. xxiii. i. liii. Et accesserunt ad eum pharisei & sadducei: temptantes
& rogauerunt eum: ut signum de celo ostenderet eis.

T. clxv
V
L. clxi.

At ipse respondens ait eis, Facto uespere dicitis se
renū erit rubicundū est enim celū. Et mane ho
die tempestas rutilat enim triste celū. Facie ergo
celi diiudicare nostis signa aut̄ temporū n̄ potestis,

T. clxvi.
VI
L. lxxviii.

Generatio mala & adultera signū querit & signū non
dabit̄ ei nisi signū ionę. Et relictis illis abiit,
Et cū uenissent discipuli eius transfretare oblti sunt
panes accipere, Qui dixit illis, Intuemini & ca
uete a fermento phariseorum & sadduceorum,

T. clxvii.
II
L. lxxviii.
L. cxliii.

At illi cogitabant inter se dicentes quia panes n̄
accepimus. Sciens aut̄ ihe dixit, Quid cogitatis
inter uos modicę fidei quia panes n̄ habetis. Non
dum intellegitis neq; recordamini quinq; panū
& quinq; milia hominū & quot cophinos sumpsistis.
Neq; septē panū & quatuor milia hominū & quot
sportas sumpsistis. Quare non intellegitis quia n̄
de pane dixi uob. cauete a fermento phariseorū
& sadduceorū. Tunc intellexerunt quia non
dixerit cauendū a fermento panum sed a doc
trina phariseorum & sadducęorum;

T. clxvi.
R. I
L. lxxxii.
L. xciii.
L. lxxiii.

Venit aut̄ ihe in partes cęsareę philippi & inter
rogabat discipulos suos dicens, Quē dicunt ho
mines esse filiū hominis. At illi dixerunt, Alii
iohannē baptistam alii aut̄ helia alii uero hie
remiā aut unū exprophetis. Dicit eis ihe, Illos au
quē me esse dicitis. Respondens symon petrus
dixit, Tues xpe filius di uiui,

Do. clxvii. Sol.

Respondens autem ihesus dixit ei. Beatus es symon
bariona. quia caro & sanguis non reuelauit tibi.
sed pater meus qui in celis est, Et ego dico tibi.
Quia tues petrus. & super hanc petram. edificabo
ecclam meam. & portę inferi non preualebunt aduer-
sus eam. & tibi dabo claues regni celorum. Et quod
cumq; ligaueris super terram. erit ligatum in celis.
Et quod cumq; soluueris super terram. erit solutum in celis.

Do. clxviii. R. Do. lxxxiii. L. xcv.

Tunc precepit discipulis suis. ut nemini dicerent.
quia ipse esset ihesus xpc. Ex inde cepit ihesus osten
dere discipulis suis. quia oportere eum ire hierosolima. & multa pati a senioribus. & scribis. & princi
pibus sacerdotum. & occidi. & tertia die resurgere.

Do. clxviii. VI. Do. lxxxiii.

Et assumens eum petrus. cepit increpare illum dicens.
Absit ate dne. non erit tibi hoc. Qui conuersus.
dixit petro. Vade post me satanas. scandalum es mihi.
quia non sapis ea quę dei sunt. sed ea quę hominum.

Do. clxx. II. Do. lxxxv. L. xcvi.

Tunc ihesus dixit discipulis suis. Siquis uult post me
uenire. abneget semetipsum. & tollat crucem suam. &
sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam
facere. pdet eam. Qui autem pdiderit animam suam
pptr me. inueniet eam. Quid enim prodest homini.
si mundum uniuersum lucretur. animę uero suae.
detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo
commutationem pro anima sua.

Do. clxx. Sol.

Filius enim hominis ueniturus est in gloria patris sui
cum angelis suis. & tunc reddet unicuiq; secdm opera ei.

I ꝑ. cl xxii.
R ii
ꝑ. lxxxvii.
l. xcvii.

Amen dico uob. Sunt quida de hic stantib; quin
gustabunt mortē donec uideant filium homi
nis uenientem in regno suo, XVII.

ET POST DIES SEX ASSVMPSIT
ihc petrū & iacobū & iohannē frem eius & ducit
illos in montē excelsū seorsū & transfiguratus est
ante eos, Et resplenduit facies eius sicut sol uesti
menta autē eius facta sunt alba sicut nix, Et
ecce apparuerūt illis moyses & helias cū coloquen
tes, Respondens autē petrus dixit ad ihm, Dne
bonū est nos hic esse, Si uis faciamus hic tria ta
bernacula. tibi unū & moysi unū & helie unū,
Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbrauit
eos, Et ecce uox de nube dicens, Hic est filius meus
dilectus in quo mihi bene conplacui ipsū audite,
Et audientes discipuli ceciderunt in faciē suā &
timuerūt ualde, Et accessit ihc & tetigit eos
dixitq; eis, Surgite & nolite timere. Leuantes
autē oculos suos neminē uiderunt nisi solū ihm,
Et descendentib; illis de monte precepit ihc dicens.
Nemini dixeritis uisionē donec filius hominis
a mortuis resurgat,

I ꝑ. clxxiii.
VI.
R ꝑ. lxxxviii.

Et interrogauerunt eum discipuli dicentes. Quid
ergo scribe dicunt quod helia oportet primū
uenire. At ille respondens ait eis, Helias quidē
ueniturus est & restituet omnia, Dico autē uobis
quia helias iam uenit & non cognouerunt eum

sed fecerunt in eo: quęcumq; uoluerunt. Sic et filius
hominis: passurus est ab eis. Tunc intellexerunt
discipuli: quia de iohanne baptista dixisset eis.

T. clxxiii. S. ii. M. xci. L. xcviii. Et cum uenisset ad turbam: accessit ad eum homo ge
nibus prouolutus ante eum: dicens, Dne: miserere
filio meo quia lunaticus est: et male patitur: Nam
sepe cadit in ignem: et crebro in aquam. et obtuli
eum discipulis tuis: et non potuerunt curare eum,
Respondens ihesus ait, O generatio incredula et peruersa:
quo usq; ero uobiscum: usq; quo patiar uos: Afferte
huc illum ad me, Et increpauit illum ihesus: et exiit
ab eo demonium: et curatus est puer: ex illa hora,

T. clxxv. V. L. cc. Tunc accesserunt discipuli ad ihesum secreto: et dixerunt.
Quare nos non potuimus eicere illum: Dicit illis, ppter
incredulitatem uestram, Amen quippe dico uobis, Si ha
beretis fidem sicut granum sinapis: dicetis monti
huic: transi hinc et transibit: et nihil impossibile
erit uobis, Hoc autem genus non eicitur: nisi per ora
tionem et ieunium,

T. clxxvi. R. ii. M. xcii. L. ci. Conuersantibus autem eis in galilea: dixit ihesus illis.
Filius hominis tradendus est in manus hominum: et
occident eum: et tertia die resurget, et contristati sunt ualde.

T. clxxvii. Sol. x. Et cum uenissent capharnaum: accesserunt qui
didragma accipiebant ad petrum: et dixerunt ei.
Magister uester non soluit didragma: Ait. Etiam,
Et cum intrasset in domum: preuenit eum ihesus di
cens, Quid tibi uidetur symon: Reges terre a quib

accipiunt tributū uel censū: a filiis suis: an a alienis:
Et ille dixit, A alienis, Dixit illi ille: Ergo liberi
sunt filii, Ut autē non scandalizemus eos, Vade
ad mare: & mitte amū: & eū piscē qui primus ascen
derit tolle: & aperto ore eius: inuenies staterē, Illū
sumens: da eis pro me & te, XVIII.

Io. clxxviii. R. II. Io. xcv. L. cii.

IN ILLA HORA ACCESSERŪT
discipuli ad illū dicentes, Quis putas maior est
in regno celorū: Et aduocans ille paruulū: statuit
eū in medio eorū & dixit, Amen dico uob. Nisi
conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli: non
intrabitis in regnū celorum, Qui cumq; ergo humi
liauerit se sicut paruulus iste: hic est maior in
regno celorū. Et qui susceperit unū paruulū tale
in nomine meo: me suscipit,

Io. clxxviii. R. II. Io. xcviii. L. cxcvii.

Qui autē scandalizauerit unū de pusillis istis qui in
me credunt: expedit ei ut suspendatur mola
asinaria in collo eius: & dimergatur in pfundum
maris, Uae mundo a scandalis, Necesse est enim
ut ueniant scandala. Uerumtamen: uę homini
per quem scandalum uenit,

Io. clxxxvi. R. VI. Io. c.

Si autē manus tua uel pes tuus scandalizat te:
abscide eū: & proice a te, Bonū tibi est ad uitam
ingredi debilē uel clodū: quā duas manus uel
duos pedes habentē: mitti in ignē æternum, Et si
oculus tuus scandalizat te: eruē eū: & proice
a te, Bonū tibi est unū oculū habentē in uita

mittat: quã duos oculos habentẗ: mitti in gehennam
Tõ. clxxxi. Sol. ignis, Videte: ne contẽpnatis unũ ex his pusillis,
Dico enim uobis, Quia angeli eorũ in cẽlis: semper
uident faciẽ patris mei: qui in cẽlis est, Venit enim
filius hominis saluare: quod perierat,
Tõ. clxxxii. L. clxxxvii. Quid uob uidetur: si fuerint alicui centũ oues: & errauerit una ex eis: Nonne relinquet nonaginta
nouẽ in montib: & uadit querere eã quę errauit: & si contigerit ut inueniat eam: Amen
dico uob. quia gaudet sup eã magis quã sup nonaginta nouẽ quę non errauerunt. Sic ñ est uoluntas ante patrẽ uestrũ qui in cẽlis est. ut pereat
unus de pusillis istis,
Tõ. clxxxiii. L. cxcviii. Si autẽ peccauerit in te frater tuus: uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum,
Tõ. clxxxiii. Sol. Si autẽ ñ te audierit: adhibe tecũ adhuc unũ uel duos: ut in ore duorũ testiũ uel triũ: stet omne uerbũ. Quod si ñ audierit eos: dic ecclę, Si autẽ
ecclam ñ audierit: sit tibi sicut ethnicus & publican,
Tõ. clxxv. vii. ℣. ccxv. Amen dico uob: Quęcumq; alligaueritis sup terram:
erunt ligata & in cẽlo: Et quęcumq; solueritis
sup terram: erunt soluta & in cẽlo,
Tõ. clxxxvi. Sol. Iterũ dico uob: Quia si duo ex uob consenserint sup
terrã: de omni re quã cumq; petierint: fiet illis a pa
tre meo qui in cẽlis est. Ubi enim sunt duo uel tres
congregati in nomine meo: ibi sũ in medio eorum,

Th. clxxxvii. l. xcviii.

Tunc accedens petrus ad eum: dixit, Dne: quoties peccabit in me frr meus: et dimittam ei usq; septies? Dicit illi ihesus. Non dico tibi usq; septies: sed usque septuagies septies, X V IIII.

Th. clxxxviii. Sol.

IDEO ADSIMILATUM EST REGNUM celorum homini regi: qui voluit rationem ponere cum seruis suis, Et cum coepisset rationem ponere: oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta, Cum autem non haberet unde redderet: iussit eum dominum venundari: et uxorem eius et filios: et omnia quae habebat et reddi, Procidens autem seruus ille: orabat eum dicens, Patientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Misertus autem dns serui illius: dimisit eum: et debitum dimisit ei, Egressus autem seruus ille: inuenit unum de conseruis suis: qui debebat ei centum denarios: Et tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes, Et procidens conseruus eius: rogabat eum dicens. Patientiam habe in me: et omnia reddam tibi, Ille autem noluit: Sed abiit et misit eum in carcerem: donec redderet debitum, Videntes autem conserui eius quae fiebant contristati sunt ualde: et uenerunt et narrauerunt domino suo: omnia quae facta fuerant, Tunc uocauit illum dominus suus: et ait illi, Serue nequam: omne debitum dimisi tibi: quoniam rogasti me, Non ergo oportuit et te misereri conserui tui: sicut et ego tui misertus sum: Et iratus dominus eius: tradidit eum tortoribus: quoadusq; redderet uniuersum debitum.

Sic & pater meus celestis faciet uobis: si non remiserit
unusquisq; fratri suo de cordibus uestris.

T. ch. clxxxviii. R. vi. ch. c. iii.

Et factum est cum consummasset iesus sermones istos:
migrauit a galilea: & uenit in fines iudee trans
iordanen. & secuti sunt eum turbe multe: & curauit
eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisei tentantes
eum & dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam:
quacumq; ex causa? Qui respondens ait eis, Non le
gistis. quia qui fecit ab initio masculum & feminam:
fecit eos & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem &
matrem: & adherebit uxori suae: & erunt duo in carne
una, itaq; iam non sunt duo: sed una caro, Quod ergo
deus coniunxit: homo non separet, Dicunt illi, Quid ergo
moyses mandauit dari libellum repudii: & dimittere?
ait illis, Quoniam moyses ad duritiam cordis uestri: permisit
uobis dimittere uxores uestras. Ab initio autem non fuit sic,

T. ch. cxc. R. ii. ch. c v. L. cxcv.

Dico autem uobis: Quia quicumq; dimiserit uxorem suam:
nisi ob fornicationem. & aliam duxerit moechatur:
Et qui dimissam duxerit moechatur;

T. ch. cxci. Sol.

Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa homini cum
uxore: non expedit nubere. Qui dixit, Non omnes
capiunt uerbum istud: sed quib; datum est. Sunt enim
eunuchi: qui de matris utero sic nati sunt. & sunt
eunuchi: qui facti sunt abhominib. Et sunt eunu
chi: qui se ipsos castrauerunt propter regnum
celorum, Qui potest capere: capiat,

T. ch. cxcii. R. ii. ch. c vi. L. ccxvi.

Tunc oblati sunt ei paruuli: ut manus eis imponeret.

& orare. Discipuli aut̃ increpabant eos, Ihs aut̃ ait eis, Sinite paruulos. & nolite eos phibere ad me uenire, Talium est enim regnum celorum, Et cum imposuisset eis manus. abiit inde,

T. m. ex cm. R. II m. c vii. l. cxxi. l. ccxviii.

Et ecce unus accedens. ait illi, Magister bone. quid boni faciã ut habeã uitã æternã. Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono. unus ē bonus ds, Si au uis ad uitã ingredi. serua mandata, Dicit illi. Que. Ihs aũ dixit, Non homicidiũ facies. non adulterabis. non facies furtũ. non falsũ testimoniũ dices. Honora patrẽ & matrẽ. & diliges proximũ tuũ sicut te ipsũ. Dicit illi adolescens. Omnia hæc custodiui. quid adhuc mihi de est. Ait illi Ihs, Si uis pfectus ē. uade uende quæ habes. & da pauperibus. Et habebis thesaurum in celo. & ueni sequere me,

T. m. ex cm. R. II m. c viii. l. ccxviii. l. cl ii.

Cum audisset aut̃ adolescens uerbũ. abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones, Ihs autem dixit discipulis suis. Amen dico uob. Quia diues difficile intrabit in regnũ celorũ. Et iterũ dico uob. Facilius est camelũ pforamen acus transire. quã diuitẽ intrare in regnũ celorũ, Audiens aut̃ hæc discipuli. mirabant ualde dicentes. Quis ergo poterit saluus ē. Aspiciens aũ Ihs dixit illis, Apud homines hoc impossibile est. apud dm aut̃ omnia possibilia sunt. Tunc respondens petrus. dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia. & secuti sumus te, quid ergo erit nobis.

T. m. ex cv. R. II m. c viii. l. ccxx.

T. ex. vi. Sol. Ille aut dixit illis, Amen dico uob. quod uos
qui secuti estis me in regeneratione cũ sederit
filius hominis in sede maiestatis suę,

T. ex. vii. l. cclxxxii. Sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes
duodecim tribus israhel,

T. ex. viii. g. ii. m. ex. l. cc. xxi. Et omnis qui reliquid domũ uel frs. aut sorores
aut patrẽ aut matrẽ aut uxorẽ aut filios
aut agros propter nomen meum centuplum
accipiet & uitam æternam possidebit, x x.

T. ex. viii. g. ii. m. ex. l. dxxxi. Multi autẽ erunt primi nouissimi & nouissimi primi.

T. cc. x Sol. Simile est regnũ cęlorũ homini patrifamilias qui
exiit primo mane conducere operarios in uineã
suã, Conuentione autẽ facta cum operariis ex
denario diurno misit eos in uineã suam, Et
egressus circa horã tertiã uidit alios stantes
in foro otiosos & illis dixit. Ite & uos in uineam
& quod iustum fuerit dabo uobis. Illi autẽ abie
runt. Iterũ autẽ exiit circa sextã & nonã horã
& fecit similiter. Circa undecimã uero exiit &
inuenit alios stantes & dicit illis, Quid hic statis
tota die otiosi? Dicunt ei, quia nemo nos con
duxit, Dicit illis, Ite & uos in uineã, Cum autẽ
sero factũ esset dicit domin uineę pcuratori suo.
Voca operarios & redde illis mercedẽ. Incipiens
a nouissimis usq; ad primos. Cum uenissent autẽ
qui circa undecimã horã uenerant acceperunt
singulos denarios, Uenientes ergo & primi ar-

bitrati sunt quod plus cent accepturi. Acceperuñ
aut & ipsi singulos denarios. Et accipientes
murmurabant aduersus patremfamilias dicen
tes. Hi nouissimi una hora fecerunt & pares illos
nob fecisti qui portauim pondus diei & æstus.
At ille respondens uni corũ dixit, Amice non
facio tibi iniuriam, Nonne ex denario conue
nisti mecũ tolle quod tuum est & uade, Volo
aũ & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut
ñ licet mihi quod uolo facere. An oculus tuus
nequa est quia ego bonus sum. Sic erunt no
uissimi primi & primi nouissimi, Multi enim
sunt uocati pauci uero electi,

Io. cci.
R. ii
Mt. cxii.
L. cc xxii.

Et ascendens ille hierosolima assumpsit duo
decim discipulos secreto & ait illis, Ecce ascen
dimus hierosolima & filius hominis tradetur
principib; sacerdotũ & scribis & condempnabunt
eũ morte & tradent eũ gentib; ad deludendũ
& flagellandũ & crucifigendũ & tertia die resurget,

Io. ccii.
R. vi
Mt. cxiii.

Tunc accessit ad eũ mater filiorũ zebedei cũ filiis
suis adorans & petens aliquid abeo, Qui dixit
ei. Quid uis. Ait illi, Dic ut sedeant hi duo
filii mei unus ad dexteram tuã & unus ad sinis
tram in regno tuo, Respondens aũ ille dixit,
Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ quem
ego bibiturus sum. Dicunt ei possumus. Ait illis,
Calicẽ quidẽ meũ bibetis sedere aũ ad dexteram

mea & sinistra. non est meum dare uobis. sed
quibus paratum est a patre meo.
T. de uii. R. ii. de eius. L. de lxx.
Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.
Ille autem uocauit eos ad se. & ait. Scitis quia princi
pes gentium dominantur eorum. & qui maiores sunt.
potestatem exercent in eos. Non ita erit inter uos.
Sed quicumque uoluerit inter uos maior fieri. sit
uester minister. Et qui uoluerit inter uos primus
esse. erit uester seruus.
T. de iii. R. iii. de xv. L. de xxxv.
Sicut filius hominis non uenit ministrari. sed mi
nistrare. & dare animam suam redemptionem pro multis.
T. de v. R. ii. de xvi. L. de xxviii.
Et egredientibus illis ab hiericho secuta est eum turba
multa. Et ecce duo cęci sedentes secus uiam. audierunt
quia ille transiret. & clamauerunt dicentes. Domine.
miserere nostri. fili dauid. Turba autem increpabat
eos ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes.
Domine. miserere nri. fili dauid. Et stetit ille. & uo
cauit eos & ait. Quid uultis ut faciam uobis. Dicunt
ei. Domine. ut aperiantur oculi nri. Misertus autem eorum
ille. tetigit oculos eorum. Et continuo uide
runt. & secuti sunt eum. x x i.
T. de vi. R. ii. de xvii. L. de xxxii.
Et cum adpropinquassent
hierosolimis. & uenissent bethfage ad montem oli
ueti. Tunc ille misit duos discipulos. dicens eis.
Ite in castellum quod contra uos est. & statim inueni
tis asinam alligatam. & pullum cum ea. solite & adduci
te mihi. Et siquis uobis aliquid dixerit. dicite quia

dns his opus habet. et confestim dimittet eos.

T. cc vii. vii
ϕ. ci.

Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est
p prophetam dicentem. Dicite filie syon. ecce rex tuus
uenit tibi mansuetus. et sedens super asinam. et
pullum filium subiugalis,

T. cc viii. ii
ϑ. c xviii.
L. cc. xxxiii.

Euntes autem discipuli. fecerunt sicut precepit illis ihe.
Et adduxerunt asinam et pullum. et imposuerunt sup
eos uestimenta sua. et cum desup sedere fecerunt,
Plurima autem turba. straueruntque uestimenta sua in uia,
Alii autem cedebant ramos de arboribus. et sternebant in uia,

T. cc viii.
ϑ. cxviii.
L. cc xxiii.
ϕ. c.

Turbe autem que precedebant. et que sequebantur. cla
mabant dicentes. Osanna. filio dauid. Benedictus
qui uenit in nomine dni. osanna in altissimis,

T. cc x.
Sol. x

Et cum intrasset hierosolymam. commota est uniuersa
ciuitas dicens. Quis est hic. populi autem dicebant.
Hic est ihe prophetam a nazareth galilee,

T. cc xi.
ϑ. cxxi.
L. cc xxxviii.
ϕ. xxi.

Et intrauit ihe in templum di. et eiiciebat omes uendentes
et ementes in templo. Et mensas nummulariorum. et
cathedras uendentium columbas euertit. Et dicit eis.
Scriptum est. domus mea. domus orationis uocabitur.
uos autem. fecistis illam speluncam latronum,

T. cc xii.
Sol. x.
T. cc xiii.
L. cc xxxv.

Et accesserunt ad eum ceci et claudi in templo. et sanauit eos,
Videntes autem principes sacerdotum et scribe mirabilia
que fecit. et pueros clamantes in templo et dicentes.
osanna filio dauid. Indignati sunt. et dixerunt ei,
Audis quid isti dicunt. Ihe autem dicit eis, Utiq;. num
quam legistis quia ex ore infantium et lactantium pfecisti
laudem.

Ioh. ccxvi. R. VI Ioh. cxcv.

Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in bethaniam
ibiq; mansit. Mane autem reuertens in ciuitatem esurijt.
Et uidens fici arborem unam secus uiam. uenit ad eam. et
nihil inuenit in ea: nisi folia tantum. Et ait illi.
Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum,
Et arefacta est continuo ficulnea. Et uidentes discipuli
mirati sunt dicentes. Quomodo continuo aruit,

Ioh. ccxv. R. VI Ioh. cxxviii.

Respondens autem ihesus ait eis. Amen dico uobis. Si ha
bueritis fidem et non hesitaueritis. non solum de ficulnea fa
cietis. sed et si monti huic dixeritis. tolle et iacta te
in mare fiet,

Ioh. ccxvi. R. IIII Ioh. cxxv. P. dl-i cxxviii.

Et omnia quecumq; petieritis in
oratione credentes. accipietis,

Ioh. ccxvii. R. II Ioh. cxxvii. L. ccxl.

Et cum uenisset in templum. accesserunt ad eum docentem.
principes sacerdotum et seniores populi dicentes. In
qua potestate hec facis. et quis tibi dedit hanc po
testatem. Respondens ihesus. dixit eis, Interrogabo uos.
et ego unum sermonem. Quem si dixeritis mihi. et ego
uobis dicam. in qua potestate hec facio. Baptismum io
hannis unde erat. celo an ex hominibus. Et illi
cogitabant inter se dicentes. Si dixerimus celo.
dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi. Si autem
dixerimus ex hominibus. timemus turbam, Omnes
enim habebant iohannem sicut prophetam, Et respon
dentes ihesu dixerunt, Nescimus. Ait illis et ipse.
Nec ego dico uobis. in qua potestate hec facio,

Ioh. ccxviii. Sol. xv

Quid autem uobis uidetur. Homo quidam habebat duos
filios. et accedens ad primum. dixit, Fili. uade

hodie operare in uinea mea, Ille aũ respondens ait.
Nolo, Postea aũ pœnitentia motus. abiit. Accedens
aũ ad alterũ. dixit similiter. At ille respondens
ait, Eo domine. & non iuit, Quis ex duob; fecit uo
luntatẽ patris. Dicunt, primus. Dicit illis ihe, Amen
dico uob. quia publicani & meretrices. precedunt
uos in regno dĩ. Uenit aũ ad uos iohannes in uia
iustitiæ. & n̄ credidistis ei, Publicani autẽ & meretri
ces. crediderunt ei. Uos aũ uidentes. nec pœnitentia
habuistis. postea. ut crederetis ei, xxii.

Ꝓ. ccxviii.
ꝓ. ccxxvii.
l. ccxli.

ALIAM PARABOLAM AUDITE
Homo erat pater familias qui plantauit uineã. &
sepẽ circũdedit ei. & fodit in ea torcular. & edifi
cauit turrim. & locauit eã agricolis. & peregre
profectus est. Cum aũ tempus fructuũ adpropin
quasset. misit seruos suos ad agricolas. ut acciperent
fructus eius. Et agricolæ adprehensis seruis eius. aliũ
ceciderunt. aliũ occiderunt. aliũ uero lapidauerũt.
Iterũ misit alios seruos plures prioribus. & fecerunt
illis similiter. Nouissime aũ. misit ad eos filiũ suum
dicens. Uereburtur filiũ meum, Agricolæ autẽ ui
dentes filiũ dixerunt inter se, Hic est heres. Uenite
occidamus eum. & habebimus hereditatẽ eius. & appre
hensũ eũ. eiecerunt extra uineã & occiderunt.
Cum ergo uenerit dominus uineæ. quid faciet agri
colis illis. aiunt illi, Malos malo pdet. & uineam
suã locauit aliis agricolis. qui reddant ei fructũ

temporib; suis. Dicit illis ihe. Numquã legistis in scrip
turis. lapide quẽ reprobauerunt ẹdificantes. hic fac
tus est in capud anguli? à dno factũ est istud. & est
mirabile in oculis nris. Ideo dico uobis. Quia auferẽ
tur a uob regnũ di. & dabitur genti facienti fructus
eius. Et qui ceciderit sup lapide istũ. confringẽtur.
Sup quẽ uero ceciderit. conteret eum.

T. ccxx. R. I. M. cxxviii. L. cxlu. J. lxxxviii.

Et cum audissent principes sacerdotũ & pharisei para
bolas ei. cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quẹ
rentes eum tenere. timuerunt turbas. Quoniam
sicut prophẹam. eum habebant.

T. ccxxi. L. cl.xxxi.

Et respondens ihe. Dixit iterũ in parabolis eis dicens.
Simile factũ est regnũ cẹlorũ homini regi. qui fecit
nuptias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos
ad nuptias. & nolebant uenire. Iterũ misit alios ser
uos dicens. Dicite inuitatis. ecce prandiũ meũ paraui.
Tauri mei & altilia occisa. & omnia parata. uenite ad
nuptias. Illi aũ neglexerunt. Et abierunt alius in uillã
suã. alius uero ad negotiationẽ suã. Reliqui uero te
nuerunt seruos eius. & contumelia affectos occidẽt.
Rex autẽ cum audisset iratus est. & missis exercitibus
suis. pdidit homicidas illos. & ciuitatẽ illorũ succen
dit. Tunc ait seruis suis. Nuptiẹ quidẽ parate sunt.
sed qui inuitati erant ñ fuerunt digni. Ite ergo ad
exitus uiarũ. & quoscumq; inueneritis. uocate ad
nuptias. Et egressi serui eius in uias. congregauerunt
omnes quos inuenerunt. malos & bonos. Et impleẹ

T. ccxxii.
Sol.

sunt nuptiae discumbentium,
Intrauit autem rex ut uideret discumbentes: et uidit
ibi hominem non uestitum ueste nuptiali: et ait illi.
Amice: quomodo huc intrasti non habens uestem nup
tialem: At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris,
Ligatis pedib; eius et manibus: mittite eum in tene
bras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium,
Multi autem sunt uocati: pauci uero electi, xxiii.

T. ccxxiii.
R. ii
T. ccxxx.
L. ccxliii.

TUNC ABEUNTES PHARISAEI
consilium inierunt: ut caperent eum in sermone,
Et mittunt ei discipulos suos: cum herodianis dicentes,
Magister: scimus quia uerax es: et uiam dei in ueritate
doces: et non est tibi cura de aliquo; non enim
respicis personam hominum, Dic ergo nob: quid tibi
uidetur, licet censum dare cesari: an non: Cognita
autem ille nequitia eorum dixit. Quid me temptatis
hypocrite, ostendite mihi nomisma census, At illi
obtulerunt ei denarium, Et ait illis ille, Cuius est
imago hec. et sup scriptio: Dicunt ei; cesaris, Tunc
ait illis, Reddite ergo que sunt cesaris: cesari: et
que sunt dei: deo; Et audientes mirati sunt: et re
licto eo abierunt, In illo die accesserunt ad eum
sadducei: qui dicunt non esse resurrectionem; Et in
terrogauerunt eum dicentes, Magister: moyses dixit:
siquis mortuus fuerit non habens filium: ut ducat
frater eius uxorem illius: et suscitet semen fratri suo,
Erant autem apud nos septem fratres. Et primus uxore

ducta: defunctus est. & non habens semen, Reliquit
uxorē suā: fratri suo. Similiter secundus: & tertius:
usq; ad septimum, Nouissime aū omniū: & mulier
defuncta est. In resurrectione ergo. cuius erit de
septē uxor: omnes enim habuerunt eam. Respon
dens autē ihs. ait illis. Errastis: nescientes scripturas:
neq; uirtutē dī. In resurrectione enim: neq; nubent:
neq; nubentur: sed sunt sicut angli dī in cęlo. De re
surrectione aū mortuorū non legistis: quod dictum
est a dō dicente uobis, Ego sū ds abrahā: & ds isaac:
& ds iacob, Non est ds mortuorū: sed uiuentium,
Et audientes turbę: mirabantur in doctrina eius,
P. ccxxii. R. vi. M. cxxxi. Pharisęi autē audientes: quod silentiū imposuisset sad
ducęis: conuenerunt in unū: Et interrogauit eū unus
ex eis legis doctor: tentans eum, Magister: quod
est mandatū magnū in lege: ait illi ihs, Diliges
dnm dm tuū ex toto corde tuo: & in tota anima tua:
& in tota mente tua. Hoc est maximū: & primum
mandatum. Secdm autē: simile est huic, Diliges
proximū tuū: sicut te ipsum. In his duobus man
datis: uniuersa lex pendet & prophetę.
T. ccxxv. R. vii. M. cxxxiii. L. ccxlv. Congregatis autē pharisęis: interrogauit eos ihs dicens.
Quid uobis uidetur de xpo: cui filius est? Dicunt ei,
dauid: Ait illis. Quomodo ergo dauid in spū: uocat
eū dnm dicens. Dixit dns dno meo: sede a dextris
meis. Donec ponā inimicos tuos: scabellū pedū tuorū.
T. ccxxvi. R. vii. M. cxxxiii. L. ccxlvi. Si ergo dauid uocat eū dnm: quomodo filius ei est?

Et nemo poterat respondere ei uerbū. neq; ausus fuit
quisquā ex illa die. cum amplius interrogare.

T. cc.xxvii. Sol.x

Tunc ille locutus est ad turbas. & ad discipulos suos
dicens. Super cathedram moysi. sederunt scribe & pha
risei. Omnia ergo quecumq; dixerint uob. seruate &
facite. Secdm opera uero eorū. nolite facere. Dicunt
enim. & non faciunt. Alligant autē onera grauia.

T. cc.xxviii. L. cc.xxxviii.

& inportabilia. & inponunt in humeros hominum.
Digito autē suo nolunt ea mouere,

T. cc.xxviii. S. cc.xxxv. L. cc.xlvi. Lc.xxxvii.

Omnia uero opera sua faciunt. ut uideantur abhomini
bus. Dilatant enim phylacteria sua. & magnificant
fimbrias. Amant autē primos recubitus in cenis. &
primas cathedras in synagogis. & salutationes in foro.
& uocari abhominibus rabbi.

T. cc.xxx. Sol.x

Vos autē nolite uocari rabbi. unus est enim magister
uester. Omnes autē uos. fratres estis. Et patrē nolite
uocare uob super terra. unus est enim pater uester
qui in celis est. Nec uocemini magistri. quia
magister uester. unus est xpc,

T. cc.xxxi. L. clxxviii.

Qui maior est urm. erit minister ur. Qui autē se exal
tauerit. humiliabitur, & qui se humiliauerit. exaltabitur,

xxiiii

T. cc.xxxii. L. cxlii.

Vae autē uobis scribe
& pharisei hypocrite. quia claudis regnū celorū
ante homines. Ilos enim non intratis. nec intro
euntes sinitis intrare.

T. cc.xxxiii. Sol.x

Uae uob scribe & pharisei hypocrite. quia circūitis
mare & aridā. ut faciatis unū proselytum. Et cum

fuerit factus. ⁄ factus eū filiū gehenne duplo quam
uos. Hæc uob̄ duces cęci. ⁄ qui dicitis qui cumq; iura
uerit per templū. ⁄ nihil est. Qui aut̄ iurauerit in au
ro templi. debet. Stulti et cęci. ⁄ quid enim maius est. ⁄
aurū. ⁄ an templū quod sanctificat aurum. ⁄ Et qui
cumq; iurauerit in altari. ⁄ nihil est. Quicumq; aut̄
iurauerit in dono quod est sup̄ illud. debet. Cęci. ⁄ quid
enim maius est. ⁄ donū. ⁄ an altare quod scificat donū. ⁄
Qui ergo iurat in altari. ⁄ iurat in eo. ⁄ et in omnib̄ quę
sup̄ illud sunt. Et qui cumq; iurauerit in templo. ⁄
iurat in illo. ⁄ et in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat
in cęlo. ⁄ iurat in throno dei. ⁄ et in eo qui sedet sup̄ eum.

Th. cc xxxiii. V L. cxxxvi. Vae aut̄ uobis scribę et pharisęi hypocritę. qui de
cimatis mentā. ⁄ anetum. ⁄ et cyminū. ⁄ et reliquistis
quę grauiora sunt legis. ⁄ iudicii. ⁄ et misericordiā. ⁄
et fidem. Hęc oportuit facere. ⁄ et illa non omittere.

Th. cc xxxv Sol. Duces cęci. ⁄ excolantes culicem. ⁄ camelū aut̄ glutientes.

Th. cc xxxvi. V L. cxxxv. Vae uobis scribę et pharisęi hypocritę. ⁄ quia munda
tis quod deforis est calicis et parapsidis. ⁄ intus aut̄
pleni sunt rapina. et inmundicia. Pharisee cęce. ⁄
munda prius quod intus est calicis et parapsidis. ⁄ ut
fiat et id quod deforis est mundum.

Th. cc xxxvii V L. cxxxviii. Vae uob̄ scribę et pharisęi hypocritę. ⁄ quia similes
estis sepulchris dealbatis. Quę aforis parent homi
nib; speciosa. ⁄ intus uero plena sunt ossib; mortuo
rum et omni spurcitia. Sic et uos aforis quidem pa
reis hominib; iusti. ⁄ intus uero pleni estis hypocri

Th. ccxxxviii.
L. cxl.

si / & iniquitate, Vae uobis scribę & pharisei hypo
critę / qui ędificatis sepulchra prophetarū / & orna
tis monumenta iustorū / & dicitis. Si fuissemus in
dieb; patrū nrorum / non essemus socii eorū / in san
guine ꝓphetarum. Itaq; testimonio estis uobis met
ipsis / quia filii estis eorū / qui prophetas occiderunt.

Th. ccxxxviii.
Sol.

Et uos implete mensura patrū uestrorū. Serpentes ge
nimina uiperarū / quomodo fugietis a iudicio gehennę.

Th. ccxl.
L. cxli.

Ideo / ecce ego mitto ad uos ꝓphetas / & sapientes / &
scribas / & ex illis occidetis / & crucifigetis / & ex eis
flagellabitis / in synagogis uris. Et persequemini
de ciuitate in ciuitate / ut ueniat sup uos omnis
sanguis iustus / qui effusus est sup terra / A sangui
ne abel iusti / usq; ad sanguinē zacharię / filii ba
rachię / quē occidistis inter templū & altare, Amen
dico uob / uenient hęc oma / sup generationē istam.

HIERVSALEM HIERVSALEM. xxv.

Th. ccxli.
L. clxxxv.

quę occidis ꝓphetas / & lapidas eos qui ad te missi
sunt. Quoties uolui congregare filios tuos / quem
admodū gallina congregat pullos suos sub alas /
& noluisti. Ecce relinquetur uobis / domus uestra
deserta. Dico enim uobis, Non me uidebitis amodo /
donec dicatis. Benedictus qui uenit / in nomine dni.

Th. ccxlii.
B. ccxxxvii.
L. ccxxxvii.
Ic. ccxlviii.

Et egressus ihs de templo / ibat, Et accesserunt
discipuli eius / ut ostenderent ei ędificationes tem
pli. Ipse autē respondens / dixit illis. Videtis hęc
omnia / Amen dico uobis / non relinquetur hic

lapis sup lapidem / qui non destruatur.

T. cexlm. R. II. cxxxviii. L. cexlviii. Sedente autem eo sup montem oliuet / accesserunt ad
eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis / quando hec
erunt. Et quod signum aduentus tui / & consumma
tionis seculi. Et respondens ihs / dixit eis. Videte /
ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine
meo dicentes / ego sum xpc / & multos seducent.
Audituri enim estis prelia & opiniones prelioru /
uidete ne turbemini. Oportet enim hec fieri / sed
non dum est finis. Consurget enim gens in gentem /
& regnum in regnum / & erunt pestilentie / & fames /
et terre motus p loca. Hec autem oma / initia sunt dolorum.

T. cexlm. cxxxviii. cecl. cxlvi. Tunc tradent uos in tribulationem / & occident uos.
Et eritis odio omnib; gentib; ppter nomen meum.

T. cexlv. Et tunc scandalizabuntur multi / et inuicem tradent.
Sol. & odio habebunt inuicem / & multi pseudo pphe
surgent / & seducent multos. Et quoniam abundauit
iniquitas / refrigescet caritas multorum. Qui autem per
seuerauerit usq; in finem / hic saluus erit.

T. cexlvi. R. VI. cxl. Et predicabitur hoc euangelium regni / in uniuerso orbe
in testimonium omnib; gentib / & tunc ueniet consumatio.

T. cexlvii. R. VI. cxlii. Cum ergo uideritis abhominationem desolationis /
que dicta est a daniele propheta / stantem in
loco sancto / qui legit intelligat.

T. cexlviii. R. II. cxlm. L. xcviii. cecl m. Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes / & qui
in tecto / non descendat tollere aliquid de domo
sua / Et qui in agro / n reuertat tollere tunica sua.

T. ccxlviii.
R. ii
M. cxlm.
L. ccl m.

Vae aut̃ pregnantib; & nutrientibus in diebus illis.

T. ccl.
R. cxlv.

Orate autẽ ut non fiat fuga ura hieme uel sabbato.

T. ccli.
R. ii
M. cxlvi.
L. cclv.

Erit enim tunc tribulatio magna. qualis non fuit ab initio mundi usq; modo. neq; fiet.

T. cclii.
R. vi
M. cxlvii.

Et nisi breuiati fuissent dies illi. non fieret salua omnis caro. Sed ppter electos. breuiabuntur dies illi.

T. cclm.
R. cxlviii.
L. cclvi.

Tunc si quis uob̃ dixerit. ecce hic xp̃c. aut illic. nolite credere. Surgent enim pseudo xp̃i. & pseudo ꝓphete. & dabunt signa magna & ꝓdigia. ita ut in errorem in ducantur: si fieri potest. & iam dicti. Ecce predixi uobis.

T. cclv.
L. v
cclii.

R. m. cc.xiiii. T. ccc.xxxv. l. ccc.xxxiiii. ϕ. cxc viii.

Et erat titulus causae eius inscriptus. rex iudeorum.

R. m. ccc.v. T. ccc.xxxvi. l. ccc.xvii. ϕ. cxc viii.

Et cum eo crucifigunt duos latrones. unum a dextris.
& alium a sinistris ei. Et adimplenta est scriptu
ra quae dicit. & cum impius reputatus est.

R. m. ccc.vi. T. viii l. cl cxc vii.

R. m. cc.xvii. T. vi m. ccc.xxxvii.

Et praetereuntes blasphemabant eum. mouentes
capita sua & dicentes. Wah. qui destruis templum
& in tribus diebus aedificas. saluum fac temetipsum.
descendens de cruce.

R. m. cc.xviii. T. ii m. ccc.xxxvi l. ccc.xxxii.

Similiter & summi sacerdotes. ludentes ad alterutrum
cum scribis dicebant. Alios saluos fecit. se ipsum non,

potest saluum facere. X pe rex israhel. descendat
nunc de cruce. ut uideamus. & credamus.

Et qui cum eo crucifixi erant. conuiciabantur ei.

Et facta hora sexta. tenebre facte sunt per totam
terram. usq; in horam nonam.

Et hora nona. exclamauit ihc uoce magna dicens.
Heloi. heloi. lemasabacthani. Quod est interpreta
tum. Ds meus. ds meus. ut quid dereliquisti me.
Et quidam de circumstantibus audientes dicebant.
Ecce heliam uocat.

Currens autem unus & implens spongia acto. circu
ponensq; calamo. potum dabat ei dicens. Sinite. ui
deam. si ueniat helias addeponendum eum.

Ihc autem emissa uoce magna expirauit.

Et ueli templi scissu est in duo. a sumo usq; deorsum.

Videns aut centurio qui ex aduerso stabat. quia sic cla
mans expirasset. ait. Vere. homo hic filius di erat.

Erant aut & mulieres de longe aspicientes. inter quas
erat maria magdalene. & maria iacobi minoris. & io
seph mater. & salome. Et cum esset in galilea. sequeban
tur eum. & ministrabant ei. Et alie multe. que simul
cum eo ascenderant hierosolimam.

Et cum iam sero esset factum. quia erat parasceue qd
est ante sabbatum. uenit ioseph abarimathia nobi
lis decurio. qui & ipse expectans erat regnum di.
Et audacter introiit ad pilatu. & petiit corpus ihu.
Pilatus aut mirabatur. si iam obisset. Et accersito

centurione. interrogauit eū. si iam mortuus cet. Et cū
cognouisset a centurione. donauit corpus ioseph.

Ioseph autē mercatus sindonē. & deponens eum inuol
uit in sindone. & posuit eum in monumento. qd erat exci
sum de petra. Et aduoluit lapidē. ad ostiū monumēti.

Maria autē magdalene. & maria ioseph aspiciebant.
ubi ponerentur: Et cum transisset sabbatum.

Maria magdalene. & maria iacobi & salome. emerūt
aromata. ut uenientes ungerent eum.

Et ualde mane una sabbatorū. ueniunt ad monumē
tum. orto iam sole. Et dicebant ad inuicē. Quis re
uolut nobis lapidē ab ostio monumenti? Et respici
entes. uiderunt reuolutū lapidē. Erat quippe. mag
nus ualde. Et introeuntes in monumentum. uide
runt iuuenē sedentem in dextris: coopertum stola
candida. & obstupuerunt.

Qui dicit illis. Nolite expauescere. Iesū querītis nāza
renum. crucifixum. surrexit. Non est hic. Ecce lo
cus: ubi posuerunt eum. Sed ite dicite discipulis
eius & petro. quia precedit uos in galileam. ibi eum
uidebitis. sicut dixit uobis.

Et ille exeuntes. fugerunt de monumēto. Inuaserat
enim eas tremor & pauor: & nemini quicquam
dixerunt. timebant enim. Surgens autē mane
prima sabbati. ap[illegible] a pathm[illegible] parut primo mariē
magdalene. de [illegible] qua eiecerat septem
demonia. Illa ua[illegible] dens nuntiauit his qui

ARG
RCV

cum eo fuerant. lugentib; & flentibus. Et illi audien
tes quia uiuere. & uisus est a ea. non crediderunt.
Post hec autem duob; ex eis ambulantib; ostensus est in
alia effigie euntibus in uillam. Et illi euntes. nun
tiauerunt ceteris. nec illis crediderunt.

Ro. cxxxx.iii.
Sol.

Nouissime. Recumbentibus illis undecim. apparuit
& exprobrauit incredulitate illorum. & duritiam
cordis. Quia his qui uiderant resurrexisse eum. non
crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundu uniuer
sum. predicate euangelium omni creature. Qui
crediderit & baptizatus fuerit. saluus erit. Qui
uero non crediderit. condemnabitur: Signa autem
eos qui crediderint. hec sequentur: In nomine meo.
demonia eicient. linguis loquentur nouis. serpen
tes tollent. Et si mortiferum quid biberint. non
eos nocebit. Super egros manus imponent. & bene
habebunt Et dns quidem ihs postquam locutus
est eis. assumptus est in celum. & sedit a dextris di.
Illi autem profecti. predicauerunt ubiq;. dno coo
perante. & sermonem confirmanti. SIQVEN
TIBVS SIGNIS.

EXPLICIT EVANGELIVM
SECVNDVM MARCVM.

INCIPIT ARGVMEN
TVM SCDM LVCAM

pilatu. &
iam obiss

LVCAS SYRVS ANTIOCHENSIS. ARTE MEDICVS DISCIPVLVS apostolorū. Post ea paulū secutus usq; ad confessionē eius. seruiens dno sine crimine. nam neq; uxorē umquā habens. filios numquā peccauit. septuaginta quattuor annorū obiit in bythinia plenus spū sco. Igitur cum iam descripta essent euangelia. per matheū quidē in iudea. Per marcū aū in italia sco instigante spū. in achaie partib; hoc descripsit euangeliū significans etiam ipse pprincipiū suū antea alia ee descripta. cui extra ea quę ordo euangelicę dispositionis exposcit. sed et sibi maximā necessitatē incūbere gregis fidelib; cū summa diligentia omnē dispositionē xpi in carne uenturi narrationē sua exponere. Propterea ne iudaicis fabulis adtenti. in solo legens desiderio tenerent. Ne uel hereticis fabulis et stultis sollicitationib; seducti excederent a ueritate. Elaborarit itaq; pquā necessaria statim in principio sumpsit a iohannis natiuitate quę e initium euangelii pmissus dni nri ihu xpi. et fuit soci adpfectionē ppli. ite inductionis baptismi atq; passionis soci. cui pfecto dispositionis exemplū meminit malachiel pphēta unus de duodeci. Deinde ipse lucas scripsit actus aplorū. post hunc iohs euangelista scripsit apocalipsin in insula pathmos. Deinde euangeliū in asia.

EXPLICIT ARGVMENTVM

INCIPIT BREVIARIUM

I Zacharias uiso angelo quia non credidit obmutuit.
elisabeth uxor eius concepit. Maria quoq; de spu
sco cũ concepisset salutauit elisabeth. Elisabeth salutata
pphetauit & peperit. & ut nomen filii sui iohannes
Zacharias scripsit. locutus est. ac filiũ preuiũ ante
dm pphetauit. Postea quã peperit maria ihm infan
tem in psepio posuit. quo pastores iuxta angelorũ iu
dicia inuenuunt. quiq; octaua die circũcidtur:

II Symeon iustus xpm manib; sumptũ benedicit. Anna
pphetissa uidua multa de xpo prophetat. Ihc annoꝝ
duodecim intemplo cum doctoribus legis inuentus.
in patris se esse oportere pronuntiat.

III Anno quinto decimo tiberii cesaris pilato curante. iohs
baptista pententia pdicat. & fortiore xpm uenturũ
designat. Quo baptizato colube figura spc supra des
cendit. uox & ia de celo filiũ di indicat. quem puta
IIII bant filiũ ioseph. Ouetus in desertũ ihc quadra
ginta dieb; ieiunauit. & a diabolo tentatus uicit. Re
uersus in galilea docet in synagoga sabbatis. ingressus
esaia se signaret. ac nullũ pph̃a in patria sua die ac
ceptũ. de qua eiectus apud capharnaũ hominẽ ade
monio sabbatis liberat. & socrũ symonis a febribus
& multos malehabentes curat. & demonia se confi
tentia increpat. De naui alloquitur. de qua pisces
multos capi facit. ubi & iam petrũ iohannẽ & iacobũ
elegit. leprosum mundat. in deserto orat.

V Paralyticum dimissum per tectu ihc a peccatis & a bin
firmitate liberat. Leui publicanu sequi iubet. apud
quem murmurantibus phariseis cenans dicit. sanis
non esse opus medicum. & de ieunio disputans. Para
bolam panni. & utriu ponit. spicas uellentibus disci
pulis. Panes propositionis commemorat. hominem ma
num aridam habentis sabbatis curat. In oratione per
noctat. Apostolos elegit. turbas alloquitur. beatitudi
nem aliorum. & aliorū infelicitate promittens. para
bolam proferens. de ducatu cecci. & magistri & discipu
li. & festuce in oculo uel trabis. & arboris boni fructus
uel mali. & hominem qui domum super petram
uel super arenam edificauit.

VI Centurionis puerū curat. uiduę filium resuscitat.
iohannes discipulos mittit ad ihm. & xpe de iohan
ne loquitur. subnectens similitudinem puerorum
in foro sedentium. mulier peccatrix lacrimis pedes
xpi lauat & unguet. propter quam parabola dici
tur creatoris. qui parum uel multum concedit in
tinere sequentibus se turbis. & mulieribus quę cu
ratę erant. similitudinem seminantis dicit. cuius
semen in bonam terram uel petrosam cecidit. lucer
nam non sub uas. sed super candelabrum poni.
Matrem & fratres repudiat. Nauigans post somnum.
tempestate sedat. homine a maledictione liberat.

VII Iairi filiam dum iret resuscitare. mulierem a pro
fluuio liberat. puellam uiuificat.

VIII M ittens discipulos predicare. data eis omni potestate.
quibus herode mirante. reuersis in deserto. quinq;
panibus & duobus piscibus quinq; milia uirorum
saciat. Interrogans quem se dicerent turbe. a petro
xpe declaratur: & monet abnegatis omnibus.
crucem tolli. & se insequi designans. esse illic qui
mortem non gustarent ante uisione gloriae eius.
VIIII I n montem assumpto petro iohanne & iacobo xpe
transfiguratur inter moysen & helia uisus. ubi
tria tabernacula petrus debere fieri dicit. & nu
be obumbrantur: ac uox celestis filium declarat.
puerum lunaticum liberat. ac se tradi habere
pronuntiat. & cogitantes discipulos. quis eorum
maior esset instruit. ac non prohibendum qui
in nomine suo uirtutem facit. a samaritanis non
receptur: & uolentes apostolos ignem super eos
descendere increpat. sequi uolenti se non habere
ubi capud reclinet predicit. alterum tamen ipse
& iam patris morte intermissa ad sequendum
digit. & alio uolenti suis renuntiare primum ara
toris figuram ponit retro respicientis.
x E legit septuaginta duo quos mittit ad predicandu
ipse uero increpat ciuitates & reuersos discipulos
exeo dicit feliciores quod eorum nomina in celo
essent scripta. Ob quam rem gratias agit patri.
quod bona sint paruulis reuelata. & omnia sibi
a patre tradita manifestat. quem neminem nisi

filium nosse declarat. Beatosq; oculos qui uiderint
id quod prophetis non contigit. A legis perito temp
tatus mandata quo fieri precepit dns. parabolam
uulneratu. quem leuita & sacerdote pretereunte sa
maritanus colligit apud martha mariq parte conlaudat.
XI Post orationem propriam docet oratione & parabolam
ponit eius qui propter tedium dat postulanti pa
nem petendum esse. querendum & pulsandum
exemplum asserens demonium eiciens in principem
daemoniorum. Idem pharisei opinantes destruxit.
beatosq; dicit qui audiunt uerbum & custodiunt.
Dans signum ione & regine austri. & ninneuitas
in iudicio fore beatos dicit. & lucernam super can
delabrum poni. & quod oculus sit lucerna corpo
ris. Apud phariseum inuitatus lauandum potius
quod intus est elymosinis pronuntiat. Increpans
multos pharisecos & legis doctores.
XII Pharisei uolentibus cum eo contendere disciplos pa
lam docet ut eorum fallaciam caueant. & cum
timeant qui potest post mortem in gehennam mit
tere. & plures esse discipulos quinq; passeribus di
pondio ualentibus. & negantem se negaturum.
& peccatu in spiritu seo non remittendum. & non
cogitandum quid adprehensus loquatur. petenti
respondit se non esse diuisorem hereditatis. simi
litudinem eius cui multa nata sunt. cuius anima
eadem nocte petetur. Ac docet exemplis non

cogitandum de crastino faciendamq; elymosinam
omnibus uendtis & uigilandum dicens petro feli
cem esse bonum dispensatorem. Inde dicit ignem
mittere super terram non pacem. Turbis quoq;
dicit. quod faciem cęli cognoscerent. tempora
non intellegerent. quos monet ut dum in uia cum
reconciliarentur aduersario ne reclusi non exirent.
donec nouissimum quadrantem redderent.

XIII Cum ei nuntiatum fuisset galileos occisos monet agen
dam pęnitentiam. parabolam ficulnęę sub iungens
quam dns cum infructuosam uellet excidi cul
tor statim postulauit cum mulierem annis decem
& octo curuam creuisset in dignantem archisynagogam
increpat. unde similitudinem grani sinapis
sub iungit ex quo arbor maior holeribus nascitur:
& fermenti quod absconditum mulier in farina.
& ut introcatur per angustum hostium ne cludatur.
Pharisęis ei dicentibus quia herodes cum uellet occi
dere. dicit eum uulpem. & prophęta extra hieru
salem non perire. & increpat hierusalem.

XIIII Sabbatis curat hydropicum. discumbendi dat ordi
nem. inuitantem hortatur pauperes pascere similitu
dinem iungens hominis qui excusantibus inuitatis.
cęcos. clodos. debiles uocauit. & turbas de platis.
hortatur omnem affectionem propter se relinquen
dam. parabola ponens turrę ędificare uolentis & regis.

XV Sal fatuum esse non debere murmurantibus phari

ſcis de conuiuio peccatorum. dat ſimilitudinem paſtoris.
propter unam ouem nonaginta nouem relinquen
tis. & mulierem quę unam dragma perditam inue
niens gaudet. ſed hominis qui duobus filiis ſuis ſub
ſtantiam diuiſit. ex quibus iunior prodige egit.
Proquo uitulus occiditur. de diſpenſatore prodigo
qui ſapienter fecit. & ideo exemplis hortatur ope
randum. & deridentes eum phariſeos increpat.
legem & prophętas uſq; ad iohannem dicens. ac mę
chari eum oſtendit. qui ſua dimiſſa alteram accipit
uxorem. & a balio dimiſſam ducit.

XVI Parabolam de diuite & lazaro. & nec minimum
de credentibus ſcandalizandum atq; omnia accep
ta fratri remittenda. & quod fides ut granum ſina
pis transferat arborem mori in mare quoq; ſeruicii
debitum exhibendum decem leproſi curantur ex
quibus unus reuerſus ihm ſequitur gratias agens
do. intra nos eſſe regnum di. Regnum autem
ipſum. luxta exemplum noe uel loth ſubito uenit
re. ac tunc alium aſſumi & alium relinqui. & ubi
fuerit corpus illic aquilę. ſimilitudinem uiduę ro
gantis & iudicis iniqui. & duorum in templo oran
tium. & infantes non prohibendos. ſimilitudo di
uitis. & cameli faciliuſ per foramen acus tranſi
tum. & omnia hic relinquenda.

XVII Cum diſcipulis aduentura ſibi indicaret. cecum
mendicantem curauit. zacheum conlaudat di

midiam substantiam pauperibus offerentem & simili
tudinem de eo qui decem mnas turus ad regem
seruis suis distribuit. & de exitio eorum qui eum re
gem recusauerunt. super pullum asine sedit. &
super hierusalem fleuit. & ueritura ei predicit.
Ibi de templo mensas eiecit. & uendentes colum
bas eiecit. pharisęos interrogantes in qua potestate
hęc faceret. De baptismo iohannis interrogat. para
bolam subiungens eius qui c̄v seruos misisset ad
uineam postea filiū misit. & de lapide ab aedifi
cantibus reprobato.

X VIII Temptatus de tributo respondit. de muliere quae q IV
septem uiros habuit addidit de se interrogans
quomodo xp̄e filius dauid esset. cum eum ipse
d̄nm dicat & monet abscribis cauendum. Viduam
laudat quę in denario duo minuta misit. de tem
pli structura. & de futura per secutione. & de ex
itu hierusalem & fine seculi. De aduentu xp̄i in
maiestate & similitudine ficulneę. & monet ui
gilandum.

X VIIII De abimorum die appropinquante iudas demone
repletus. de tradendi tempus pecunia sibi pro
missa. & discumbentibus secum discipulis sacramen
tum panis & calicis ostendit. ac traditorem desig
nat. certantibus de gradu eum prefecit qui minis
trat. & petro dicit quod eum esset negaturus. ac
monitis discipulis ut uendito uestimento emant

gladium. pergit ad montem oliueti. qui cum oras
set discipulos excitat dormientes.

x x Ante cedente iuda uenit turba & osculo traditur
xpc & petrus auriculā seruo abscidit. ducto ihu ad
domum principis sacerdotum petrus ibi ter nega
uit. xpc deludtur. interrogatus a pilato a iudeis
& ab herode. ac tunc in amicitiam pilatus & hero
des redeunt. barrabbas dimittitur: & ihc a iudeis
sufficiendus traditur: qui plangentibus cum mulie
ribus ut se se magis plangerent dixit. Et inter
latrones fixus. aceti potum accepit. titulo rex de
signatur: a quo unus ex latronibus credens ad pa
radisum ducitur. Ab hora sexta usq; ad nonam
dies obscuratus est. & ihu spiritu emittente uelum
templi scissum est. quibus uisis centurio & qui ad
erant dnm magnificant. ioseph postulat corpus &
sepelit. quod mulieres relinquentes ii in ueniunt.

x i Nuntiant mulieres angelorum uisionem. nec credunt
discipuli euntes duo ad castellum. In panis fractio
ne xpm agnoscunt. & reuersi discipulis indicant.
quibus ihc apparuit. & plagas non credentibus
ostendit. ac piscem. ac fauum edendum acce
pit. Alloquitur apostolos & cor eorum aperit
ad intellegendum quod hoc compati oportuerit.
& ut illic cent donec in eos ueniret uirtus ammonuit.
Tunc benedixit eos et recessit. Reli
quiqui laudantes dm in templo.

INCIPIT
EUANGLM
SECUNDUM
LUCAM



QUONIA
QUIDE
MULTI
CONATI
SUNT
ORDI
NARE
NARRATIONE

QVAE IN NOBIS COMPLETE SVNT RERVM · SICVT
tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt · & mini
stri fuerunt sermonis · uisum est & mihi assecuto ab prin
cipio omnibus · diligenter ex ordine tibi scribere op
time theophile · ut cognoscas eorū uerborū de quib;
eruditus es ueritatem ·

/1 FVIT IN DIEBVS HERODIS REGIS IVDEAE SACER
dos quidā nomine Zacharias de uice abia · & uxor
illi de filiabus aaron · & nomen eius elisabeth · Erant
aut iusti ambo ante dm · incedentes in omnibus
mandatis & iustificationib; dni sine querela · Et non
erat illis filius · eo quod esset elisabeth sterilis · & ambo
processissent in diebus suis · Factum est autem cum sacerdo
tio fungeretur Zacharias in ordine uicis sue ante dm · secdm con
suetudinem sacerdotii sorte exiit · ut incensū poneret ·
Ingressus in templum dni · & omnis multitudo erat po
puli orans foris hora incensi · Apparuit autem illi an
gelus dni · stans a dextris altaris incensi · Et Zacharias
turbatus est uidens · & timor irruit super eum · Ait autem ad
illum angelus · Ne timeas Zacharia · quō exaudita est
deprecatio tua · & elisabeth uxor tua pariet tibi filiū ·
& uocabis nomen eius iohannem · Et erit tibi gaudium
& exultatio · & multi in natiuitate eius gaudebunt ·
Erit enim magnus coram dno · & uinū & siceram non bi
bet · & spū sco replebitur adhuc · ex utero matris sue ·
& multos filiorū israhel conuertet ad dnm dm ipso
rum · Et ipse precedet ante illū · in spū & uirtute

hdic. Ut conuertat corda patrū in filios. & incredi
biles ad prudentia iustorū. parare dno. plebē pfecta.
Et dixit zacharias ad angl'm. Unde hoc scia. ego
enim sum senex. & uxor mea pcessit in dieb; suis.
L. II. V T. Et respondens angelus. dixit ei. Ego sum gabriel qui
adsto ante dm. & missus sum loqui ad te. & hec
tibi euangelizare.
L. III X Sol. Et ecce eris tacens. & non poteris loqui. usq; in die
quo hec fiant. Pro eo quod n credidisti uerbis meis
que implebuntur in tempore suo. Et erat plebs
exspectans zacharia. & mirabant quod tardaret
ipse in templo. Egressus aut non poterat loqui ad
illos. & cognouerunt quod uisionē uidisset in
templo. & ipse erat innuens illis. & pmansit mutus.
Et factū est. ut impleti sunt dies officii ei. abiit in
domū suam. Post hos aut dies concepit elisabeth
uxor ei. & occultabat se mensib; quinq; dicens.
Quia sic fecit mihi dns in dieb; quib; respexit au
ferre obpbriū meū int homines. In mense aū sexto.
missus e angls gabriel a do in ciuitate galilee. cui
nom nazareth. ad uirginē desponsata uiro. cui
nom erat ioseph. de domo dauid. & nom uirginis
maria. Et ingressus angls ad eam dixit. Aue gra
plena. dns tecū. benedicta tu in mulierib; Que cū
audisset turbata e in sermone ei. & cogitabat qua
lis ect ista salutatio. Et ait angls ei. Ne timeas ma
ria. inuenisti enī gram apud dm. Ecce ecipies in

utero · & paries filiū · & uocabis nom̄ eī ihm. Hic
erit magnus. & filius altissimi uocabitur: Et dabit
illi dns ds sedē dauid patris eī. & regnabit in domo
iacob in eternū. & regni eī n̄ erit finis. Dixit autē
maria ad anglm. Quomodo fiet istud. qm̄ uirū non
cognosco. Et respondens angls. dixit ei. Spē sēs sup
ueniet in te. & uirtus altissimi obumbrabit tibi.
Ideoq; & qd̄ nascet ex te sēm uocabit̄ filī dī. Et ecce el
sabeth cognata tua. & ipsa ēcepit filiū in senectute
sua. Et hic mensis ē sextus illi que uocat̄ sterilis.
quia n̄ erit impossibile apud dm̄ omne uerbū. Dixit
autē maria. Ecce ancilla dni. fiat mihi sēdm̄ ver-
bum tuū. Et discessit a illa angls. Exurgens autē
maria in diebus illis. abiit in montana cū festina
tione in ciuitatē iuda. & intrauit in domū zacha
rie. & salutauit elisabeth. Et factū est. ut audiuit
salutationē marie elisabeth. exultauit infans in
utero eī. Et repleta ē spū sēo elisabeth. & exclamauit
uoce magna & dixit. Benedicta tu inter mulieres. &
benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi.
ut ueniat mater dni mei ad me. Ecce enim ut
facta ē uox salutationis tue in auribus meis. exultauit
in gaudio infans in utero meo. Et beata que credi
dit quōpficientur ea que dicta sunt ei a dno.
Et ait maria. Magnificat anima mea dnm.
Et exultauit spē mīs in dō salutari meō. Quia res
pexit humilitatē ancille suē. ecce enī ex hoc

beatam me dicent omes generationes. Quia fecit mihi
magna qui potens est. & sanctum nomen eius. Et misericordia eius
in progenies & progenies timentibus eum. Fecit potentiam in
brachio suo. dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit
potentes de sede. & exaltauit humiles. Esurientes im
plenit bonis. & diuites dimisit inanes. Suscepit israel
puerum suum recordatus misericordie suae. Sicut locutus est ad pa
tres nostros. abraham & semini eius in secla. Mansit autem ma
ria cum illa quasi mensibus tribus. & reuersa est in domum sua.
Elisabeth autem impletum est tempus pariendi. & peperit
filium. Et audierunt uicini & cognati eius. quia magnifica
uit dominus misericordiam suam cum illa. & congratulabantur ei. Et
factum est in die octauo. uenerunt circucidere puerum. & uo
cabant eum nomine patris sui zacharia. Et respon
dens mater eius. dixit. Nequaquam. sed uocabitur iohes.
Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in cognatione tua.
qui uocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius.
quem uellet uocari eum. Et postulans pugillarem. scrip
sit dicens. Iohannes est nomen eius. Et mirati sunt uni
uersi. Aperti est autem ilico os eius & lingua eius. & lo
quebatur benedicens dm. Et factus est timor super omes
uicinos eorum. & super omnia montana iudee diuulga
bantur omnia uerba hec. Et posuerunt omes qui audierant
in corde suo dicentes. Quid putas puer iste erit. Et
enim manus dni. erat cum illo. Et zacharias pater eius
impletus est spu sco. & pphetauit dicens.
Benedictus dns ds israel. quia uisitauit & fecit redep

tione plebis suę. Et erexit cornu salutis nob. in domo
dauid pueri sui. Sicut locutus est pos scorum. qui
a sęlo sunt pphętarū eius. Salutē ex inimicis nris.
& de manu omniū qui oderunt nos. Ad faciendā
misericordiam cum patrib; nris. & memorari testamti
sui sci. Jus iurandū quod iuravit ad abraha patre
nrm. daturū se nobis. Ut sine timore de manu
inimicorū nrorum liberati seruiamus illi. In sanctit
& iustitia coram ipso omnib; diebus nris. Et tu puer
pphęta altissimi uocaberis. praibis enim ante faciē
dni parare uias eius. Ad dandam scientiā salutis
plebi eius. in remissionē peccatorū eorū. Per uis
cera misericordię di nri. in quib; uisitauit nos oriens ex
alto. In luminare his qui in tenebris & in umbra
mortis sedent. ad dirigendos pedes nros in uia pacis.
Puer aut crescebat & confortabat spu. & erat in de
serto usq; in die ostensionis sue ad israel. Factū est aut
in diebus illis. Exiit edictū a cesare augusto.
ut describeretur universus orbis. Hęc descriptio
prima facta est. a presidę syrię cyrino. Et ibant
omes ut profiterentur singuli in suā ciuitatem. Ascen
dit aut & ioseph a galilea de ciuitate nazareth.
in iudęa ciuitate dauid quę uocat bethleem. eo
quod esset de domo & familia dauid. ut profiteretur
cū maria desponsata sibi uxore pregnante. Factū
est aut cum essent ibi impleti sunt dies ut pareret.
Et peperit filiū suū primogenitū. & pannis eum in

uoluit. & reclinauit eū in presepio. quia ñ erat eis
locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadē
uigilantes. & custodientes uigilias noctis supra gre
gem suum. Et ecce angls dni stetit iuxta illos. &
claritas di circumfulsit illos. & timuerunt timore
magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce
enim euangelizo uobis gaudiū magnū. quod erit
omni populo. Quia natus est uobis hodie saluator
qui est xpc dns. in ciuitate dauid. Et hoc uobis sig
num. Inuenietis infantē pannis inuolutum. & po
situm in presepio. Et subito facta est cum angelo
multitudo militie celestis. laudantiū dm & dicen
tium. Gloria in altissimis do. & in terra pax in ho
minib; bone uoluntatis. Et factum est ut disces
serunt ab eis angeli in celum.

Pastores loquebantur ad inuicem. Transeamus usq;
bethleem. & uideamus hoc uerbū quod factum est.
quod dns ostendit nobis. Et uenerunt festinantes.
& inuenerunt Maria & ioseph. & infantē positum
in presepio. Uidentes autē cognouerūt de uerbo. quod
dictū erat illis de puero hoc. Et omēs qui audierunt
mirati sunt. & de his que dicta erant a pastoribus
ad ipsos. Maria autē conseruabat omnia uerba hec.
conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glo
rificantes & laudantes dm. in omnib; que audie
rant & uiderant. sicut dictum est ad illos.

Et postquam consummati sunt octo ut circumcide

retur: uocatū est nomē eius ihc. Quod uocatū est ab
angelo priusquā in utero concipereturr. Et postquā
impleti sunt dies purgationis eius. secdm legē moysi.
tulerunt illū inhierlm. ut sisterent eū dno. Sicut
scriptū est in lege dni. Quia omē masculinū adape
riens uuluam. sēm dno uocabitur. Et ut darent hostia.
secdm quod dictū est in lege dni. Par turturum
aut duos pullos columbarum.

11. ET ECCE HOMO ERAT IN HIERV
salem. cui nomen symeon. Et homo iste iustus. &
timoratus. exspectans consolationē israel. & spe scs
erat in eo. Et responsum acceperat a spū sco. non ui
surū se mortem. nisi prius uideret xpm dni. Et ue
nit in spū in templum. Et cum inducerent puerum
ihm parentes eius. ut facerent secdm consuetudinem
legis pro eo. & ipse accepit eū in ulnas suas. & bene
dixit dm & dixit. Nunc dimittis seruū tuū dne.
secdm uerbū tuū in pace. Quia uiderunt oculi mei
salutare tuum. Quod parasti ante faciē omnium
populorum. Lumen ad reuelationē gentiū. & glam
plebis tuę israhel. Et erant pater eius & mater mi
rantes sup his quę dicebantur de illo. Et benedix
illis symeon. & dixit ad maria matrē eius. Ecce po
situs est hic in ruinam. & resurrectionē multorū in
israel. & in signū cui contradicetur. & tuā ipsius ani
mam pertransibit gladius. ut reuelentur ex multis
cordib; cogitationes. Et erat anna prophetissa filia

phanuel de tribu aser. Hec pecesserat in dieb; multis
& uixerat cum uiro suo annis septē a uirginitate sua.
Et hec uidua usq; ad annos octoginta quattuor. Que
non discedebat de templo. ieiunis & obsecrationib;
seruiens nocte ac die. Et hec ipsa hora sup ueniens
confitebat dno. & loquebatur de illo omnib; qui ex
spectabant redemptionē hierlm. Et ut pfecerunt
omnia sedm legē dni. reuersi sunt in galilea ciuita
tem suā nazareth. Puer aut crescebat & confortaba
tur plenus sapientia. & grā di erat in illo. Et ibant
parentes eius pomis annis in hierlm in die sollemni
pasche. Et cum factus ēt annorū duodecim. ascen
dentib; illis in hierosolyma. sedm consuetudinem
diei festi. Consummatisq; dieb; cum redirent. reman
sit puer ihc in hierusalem. & n cognouerunt paren
tes eius. Existimantes autē illū ēe in comitatu. uenerē
ter diei. & requirebant eū inter cognatos & notos.
Et non inuenientes. regressi sunt in hierlm requiren
tes eum. Et factū est post triduum. Inuenerunt
illum in templo sedentē in medio doctorum. audi
entem illos. & interrogantem eos.

L. iii. T. ii. Q. Lxii. S. xiii.

Stupebant autē omis qui eū audiebant. sup prudentia.
& responsis eius. Et uidentes. ammirati sunt.

L. v. x. Sol.

Et dixit mater eius ad illum. fili. quid fecisti nob
sic. Ecce pater tuus. & ego dolentes querebam te.
Et ait ad illos. Quid est quod me querebatis. Nesciebatis
quia in his que patris mei sunt oportet me ēe.

Et ipsi non intellexer uerbum. quod locutus est ad
illos. Et descendit cum eis. & uenit nazareth. & erat
subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia
uerba hęc. in corde suo. Et ihc proficiebat sapientia
& ętate. & gratia. apud dm & homines.

l. vi. iii. d. vii. f. n. lxxv. Anno autem quintodecimo
imperii tiberii cesaris. procurante pontio pilato iu
dęam. Tetrarcha aut galilęę herode. Philippo au
tem fre eius. tetrarcha ituręę. & trachonitidis regionis.
Et lisania abilinę tetrarcha. sub principib; sacer
dotii anna & caipha. factum est uerbum dni sup
iohannem zacharię filium in deserto.

l. vii. i. d. viii. f. n. f. x. Et uenit in omnem regionem iordanis. prędicans bap
tismum pęnitentię in remissionem peccatorum. Sicut
scriptum est in libro sermonum esaię pphetę. Vox
clamantis in deserto. parate uia dni. rectas facite
semitas eius. Omnis uallis implebit. & omnis
mons & collis humiliabit. Et erunt prauia indi
recta. & aspera in uias planas. Et uidebit omnis
caro. salutare dei. Dicebat ergo adturbas. quę
exiebant ut baptizarentur a ipso. Genimina uipe
rarum. quis ostendit uobis fugere a uentura ira. Faci
te ergo fructus. dignos pęnitentię. & ne cęperitis
dicere patrem habemus abraham. Dico enim uobis. Quia
potest ds. de lapidib; istis suscitare filios abrahę.
Iam enim securis. ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor
non faciens fructum bonum excidetur. & in ignem mittetur.

l. viii. i. v. d. v.

L. VIII. S. C. Et interrogabant eū turbe dicentes. Qd ergo faciem?
Respondens aū. dicebat illis. Qui habet duas tuni
cas. det ñ habenti. Et qui habet escas. similit faciat.
Uenerūt aū & publicani ut baptizarentur. & dixerūt
ad illū. Magister: qd faciem? At ille. dixit ad eos.
Nihil ampli. quā qd constitutū ē uob faciatis.
Interrogabant aū eū & milites dicentes. Quid faci
emus & nos? Et ait illis. Nemini concutiatis. neq;
calumniā faciatis. & contenti estote stipendiis uris.
Existimante aū populo. & cogitantib; omnib; in
cordib; suis de iohanne. Ne forte ipse ēt xpe.
Respondit iohannes. dicens omnibus.

L. X. T. I. M. XI. S. III. Ego quidē aqua baptizo uos. uenient cui fortior
me. cui non sum dignus solucre corrigiā calciam
torū eius. Ipse uos baptizabit in spū sco & igni.

L. XI. T. V. M. XII. Cuius uentilabrū in manu ei. & purgabit aream
suā. Et congregabit triticū in horreū suū. Pale
as aut conburet igni inextinguibili. Multa
quidē & alia exhortans euangelizabat populo.

L. XII. T. II. M. CXLIII. S. LVIII. Herodes aū tetrarcha cū corriperet ab illo de herodi
ade uxore fris sui. & de omnib; malis que fecit
herodes. adiecit & hoc supra oma. & inclusit iohm
incarcere. Factū ē aū cū baptizaret omis ppls.

L. XIII. T. I. M. XIII. S. V. M. XV. & ihu baptizato. & orante aptū ē celū. Et descen
dit spe ses corporali specie sicē colūba in ipsū. Et
uox de celo facta ē. tues filius ms dilect. In te copla
cuit m.

L. XIII. M. VI. S. I. III. IV. Et ipse ihc erat incipiens quasi annoq.

xxx·ut putabat filius ioseph. Qui fuit isaac.
Qui fuit heli. Qui fuit hiesu. Qui fuit abrahe.
Qui fuit matthat. Qui fuit helicher Qui fuit thare.
Qui fuit leui. Qui fuit iorim Qui fuit nachor.
Qui fuit melchi. Qui fuit matthad Qui fuit seruch
Qui fuit iannę. Qui fuit leui. Qui fuit ragau
Qui fuit ioseph. Qui fuit sÿmeon. Qui fuit phalech
Qui fuit matthathię Qui fuit iuda Qui fuit eber.
Qui fuit amos. Qui fuit ioseph Qui fuit sale.
Qui fuit naum. Qui fuit iona. Qui fuit cainan.
Qui fuit hesli. Qui fuit eliacin Qui fuit arfaxat
Qui fuit naggę. Qui fuit melea. Qui fuit sem
Qui fuit maath. Qui fuit menna. Qui fuit noe.
Qui fuit matthathię Qui fuit mathata Qui fuit lamech
Qui fuit semei. Qui fuit nathan. Qui fuit mathusale.
Qui fuit ioseth. Qui fuit dauid Qui fuit enoch
Qui fuit ioiada. Qui fuit iesse Qui fuit iareth
Qui fuit iohanna. Qui fuit obed. Qui fuit maleleel
Qui fuit resa. Qui fuit booh. Qui fuit cainan.
Qui fuit zorobabel. Qui fuit salmon Qvi fvit
Qui fuit salathiel. Qui fuit naasson enos.
Qui fuit neri. Qui fuit aminadab Qvi fvit
Qui fuit melchi. Qui fuit aram. seth.
Qui fuit addi. Qui fuit esrom Qvi fvit
Qui fuit cosan. Qui fuit Phares adam.
Qui fuit helmodan Qui fuit iudę. Qvi fvit
Qui fuit her. Qui fuit iacob dei.

L. xv. T. ii. m. xv. S. m. vi. IHC AUTEM PLENUS SPU
sco. regressus est a iordane. & agebatur in spu in deser
to diebus quadraginta. & temptabatur a diabolo.
L. xvi. T. v. m. xvi. Et nihil manducauit in diebus illis. & consummatis illis
esurijt. Dixit aut illi diabolus. Si filius di es dic la
pidi huic. ut panis fiat. & respondit ad illu ihc. Scrip
tum est. quia non in pane solo uiuit homo. sed in
omni uerbo di. Et duxit illu diabolus. & ostendit
illi omnia regna orbis terre in momento temporis.
& ait ei. Tibi dabo potestate hanc uniuersam &
glam illoru. quia mihi tradita sunt. & cui uolo do
illa. Tu ergo si adoraueris cora me. erunt tua oma.
Et respondens ihc. dixit illi. Scriptu est. Dnm dm
tuu adorabis. & illi soli seruies. Et duxit illu in hie
rusalem. & statuit eu supra pinnaculu templi. &
dixit illi. Si filius di es. mitte te hinc deorsum.
Scriptu est enim. Quod angelis suis mandauit de
te. ut conseruent te. & quia in manib; tollent te.
ne forte offendas ad lapide pede tuum. Et respon
dens ihc. ait illi. Dictu est. Non temptabis dnm
dm tuu. Et consummata omi temptatione. dia
bolus recessit a illo. usq; ad tempus.
L. xvii. T. i. m. xxiii. S. m. xxvii. S. xl vi. Et regressus est ihc in uirtute spc in galilcam. &
fama exiit p uniuersam regione de illo. Et ipse
docebat in synagogis coru. & magnificabat a omib;
L. xviii. T. x. Sol. Et uenit nazareth. ubi erat nutritus. & intrauit
secm consuetudine sua die sabbati in synagoga.

Et surrexit legere. Et tradtus ei illi liber. ꝓphete ysaie.
Et ut reuoluit librū. inuenit locū ubi scriptū erat.
Spe dni sup me. ꝓpter qd unxit me. Et euangeli
zare pauperib; misit me. Sanare contritos corde.
Predicare captiuis remissionē. & cecis uisum. Dimit
tere confractos in remissione. ꝑdicare annū dni ac
ceptū. & die retributionis. Et cum plicuisset li
brū. reddidit ministro & sedit. Et omniū in sy na
goga oculi. erant intendentes in eum. Cepit aut
dicere ad illos. quia hodie impleta est hec scrip
tura in auribus uestris.

l. xviii. t. i. on. cxli. ꝑ. l. ꝓ. lviii.

Et omēs testimoniū illi dabant. Et mirabant in uer
bis gratie que pcedebant de ore ipsius. Et dicebant.
Nonne hic filius est ioseph.

l. xx. sol.

Et ait illis. Utq; dicetis mihi hanc similitudinem.
Medice cura te ipsum. Quanta audiuim facta in
capharnaum. fac & hic in patria tua.

l. xxi. t. i. on. cxlu. ꝑ. li. ꝓ. xxxv.

Ait aut. Amen dico uobis. quia nemo ꝓphēta
acceptus est in patria sua.

l. xxii. sol.

In ueritate dico uobis. Multe uidue erant in diebꝫ
helie in isrl. quando clausum ē celum annis trib
& mensib; sex. Cum facta ēet fames magna in omi
terra. & ad nullā illarū missus est helias. nisi in
sareptha sidonie ad mulierē uiduā. Et multi le
prosi erant in isrl. sub heliseo ꝓphēta. & nemo
eorū mundatus est. nisi nemanysyrus. Et repleti
sunt omēs in synagoga ira. hec audientes. Et sur

rexerunt. & eiecerunt illum extra ciuitatem. Et duxe
runt illum usq; ad supciliu montis. sup quem ciuitas
illorum erat edificata. ut precipitarent eum. Ipse autem
transiens. per medium illorum ibat.
L. xxiii. E. viii. M. xii. Et descendit in capharnaum ciuitatem galilee.
ibiq; docebat illos sabbatis.
L. xxiii. E. iiii. M. xiii. Et stupebant in doctrina eius. quia in potestate
erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo
L. xxv. E. viii. M. xiiii. habens demonium immundum. & exclamauit uoce
magna dicens. Sine. quid nobis & tibi ihu nazare
ne. uenisti perdere nos. Scio te qui sis. sanctus dei.
Et increpauit illum ihc. dicens. Obmutesce. & exi
abillo. Et cum precipisset illum demonium in medium.
exiit abillo. nihilq; illum nocuit. Et factus est pa
uor in omnibus. & conloquebantur ad inuicem dicen
tes. Quod est hoc uerbum. quia in potestate & uir
tute imperat immundis spiritibus. & exeunt. Et
diuulgabatur fama de illo. in omne locum regionis.
L. xxvi. T. ii. M. xvii. S. xv. Surgens autem ihc de synagoga. Introiuit in domum
symonis. Socrus autem symonis. tenebatur magnis
febribus. & rogauerunt illum pro ea. Et stans supillam
imperauit febri. & dimisit illam. Et continuo sur
gens ministrabat illis. Cum sol autem occidisset.
omnes qui habebant infirmos uariis languoribus.
ducebant illos ad eum. At ille singulis manus
imponens. curabat eos.
L. xxvii. E. viii. M. xxviii. Exiebant autem demonia amultis. clamantia. & di

centia · quia tuus filius dei · Et increpans non sinebat ea loqui · quia sciebant ipsum eum xpm ·

L · xxviii · R viii · ℣ · xvii ·

Facta autem die · egressus ibat in desertum locum · et turbe requirebant eum · et uenerunt usq; ad ipsum · Et detinebant illum · ne discederet abeis · Quib; ille ait · Quia et aliis ciuitatib; oportet me euangelizare regnum dei · Quia ideo missus sum · et erat predicans in synagogis galilee ·

L · xxviii · x Sol ·

Factum est autem cum turbe irruerent in eum · ut audirent uerbum dei · et ipse stabat secus stagnum genesareth · Et uidit duas naues stantes · secus stagnum · Piscatores autem descenderant · et lauabant retia · Ascendens autem in unam nauim que erat symonis · rogauit eum a terra reducere pusillum · Et sedens · docebat de nauicula turbas ·

L · xxx · viii · ϕ · ce xxii · l ce xviii ·

Vt cessauit autem loqui · dixit ad symonem · Duc in altum · et laxate retia uestra in capturam · Et respondens symon · dixit illi · Preceptor · per totam noctem laborantes · nihil cepimus · In uerbo autem tuo · laxabo rete · Et cum hoc fecissent · concluserunt piscium multitudinem copiosam · Rumpebatq; autem rete eorum · et annuerunt sociis qui erant in alia naui · ut uenirent et adiuuarent eos · Et uenerunt · et impleuerunt ambas naueculas · ita ut bene mergerentur ·

L · xxxi · x Sol ·

Quod cum uidisset symon petrus · cecidit ad genua ihu dicens · Exi a me · quia homo peccator sum dne · Stupor enim circumdederat eum · et omnes qui

cum illo erant. in captura piscium quam ceperant.
Similiter autem iacobum et iohannem filios zebedei.
qui erant socii symonis.

l. xxxii. t. ii. g. xxi. s. x. Et ait ad symonem ihesus. Noli timere. ex hoc iam ho
mines eris capiens. Et subductis ad terram nauib;
relictis omnibus. secuti sunt eum.

l. xxxiii. t. ii. m. lxiii. s. xviii. Et factum est cum esset in una ciuitatum. et ecce uir
plenus lepra; et uidens ihesum. et procidens in faciem
rogauit eum dicens. Domine si uis potes me mundare. Et
extendens manum. tetigit illum dicens. Volo.
mundare. Et confestim. lepra discessit ab illo.
Et ipse precepit illi. ut nemini diceret. Sed
uade ostende te sacerdoti. et offer pro munda
tione tua. Sicut precepit moyses. in testimonium illis.

l. xxxiii. t. lxxii. s. xxvii. f. xlvi. Per ambulabat autem magis sermo de illo. et con
ueniebant turbe multe ut audirent. et cura
rentur ab infirmitatibus suis.

l. xxxv. t. ii. lviii. m. lxvi. Ipse autem secedebat in desertum. et orabat. ℣.

l. xxxvi. t. ii. lviii. m. lxviii. ET FACTVM EST IN VNA
DIERVM. et ipse sedebat docens. Et erant pharisei
sedentes. et legis doctores. qui uenerant ex omni
castello galilee. et iudee. et hierusalem. Et uirtus
erat domini. ad sanandum eos.

l. xxxvii. t. lxx. s. xx. f. xxxviii. Et ecce uiri portantes in lecto hominem. qui
erat paralyticus. Et querebant eum inferre et po
nere ante eum. Et non inuenientes. qua parte
illum inferrent pre turba. ascenderunt supra

tectū. & grabatas submiserunt illū cū lecto. in
mediū ante ihm. Quorū fide ut uidit. dixit.
Homo. remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt
cogitare scribe & pharisei dicentes. Quis hic.
qui loquitur blasphemias. Quis potest dimittere
peccata. nisi solus ds. Et cognouit autē ihc cogi
tationes corū. respondens. dixit adillos. Quid co
gitatis in cordib; uris. Quid est facilius dicere.
dimittuntur tibi peccata. an dicere surge & am
bula. Ut autē sciatis. quia filius hominis potesta
tem habet interra dimittere peccata. Ait paralyt
ico. Tibi dico; surge. Tolle lectū tuū. & uade in
domū tuam. Et confestim surgens coram illis. tu
lit inquo iacebat. & abiit in domū suam. mag
nificans dm. Et stupor adprehendit omes. & mag
nificabant dm. Et repleti sunt timore dicentes.
Quia uidimus. mirabilia hodie.

L. xxxviii.
M. xxi.
S. xxi.

Et post hec exiit. & uidit publicanū nomine leui
sedentē adteloneū. & ait illi. sequere me. Et re
lictis omib; surgens. secutus est eum.

L. xxxviii.
M. xxii.
S. xxii.

Et fecit ei conuiuium magnū leui. in domo sua.
Et erat turba multa publicanorū. & aliorū qui
cum illis erant discumbentes. Et murmurabant
pharisei & scribe eorū. dicentes ad discipulos eī.
Quare cū publicanis & peccatoribus. manducatis
& bibitis. Et respondens ihc. dixit adillos.
Non egent qui sani sunt medico. sed qui male

L. xl.
M. xxiii.
S. xxiii.

habent. Non ueni uocare iustos. sed peccatores in
penitentiam. At illi dixerunt ad eum. Quare disci
puli iohannis ieiunant frequenter & obsecrationes
faciunt. similiter & pharisęorum. tui aut edunt &
bibunt. Quib; ipse ait. Numquid potestis filios
sponsi dum cum illis est sponsus facere ieiunare.
Uenient autem dies. & cum ablatus fuerit ab illis spon
sus. tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem
& similitudinem ad illos. Quia nemo commissuram
a uestimento nouo immittit in uestimentum uetus. alio
quin. & nouum rumpit. & uetери non conuenit
commissura a nouo. Et nemo mittit uinum nouum
in utres ueteres. alioquin. rumpet uinum nouum
utres. & ipsum effundetur. & utres peribunt. Sed
uinum nouum in utres nouos mittendum est. & utraq;
conseruantur. Et nemo bibens uetus. statim
uult nouum. Dicit enim. uetus melius est.

L. xi.
T. ii.
Ф. cxiii.
R.
Ꝑ. xpiii.

Factum est autem in sabbato secundo-primo cum tran
sire per sata. uellebant discipuli eius spicas. &
manducabant confricantes manib; Quida autem
pharisęorum. dicebant illis. Quid facitis. quod
non licet in sabbatis. Et respondens ihc. ad eos dix.
Nec hoc legistis quod fecit dauid cum esuriisset
ipse & qui cum eo erant. quomodo intrauit in
domum di. & panes ꝓpositionis sumpsit & man
ducauit. & dedit his qui cum ipso erant. quos
non licet manducare nisi tantum sacerdotib; Et

dicebat illis; quia dnus est filius hominis. etiam sabbati.

L. xlii. T. ii. M. cxvi. R. xxv.

Factum est autem et in alio sabbato. ut intraret in synagogam et doceret. Et erat ibi homo. et manus eius dextera erat arida. Observabant autem scribe et pharisei si in sabbato curaret. ut inuenirent unde accusarent illum. Ipse uero sciebat cogitationes eorum. Et ait homini qui habebat manum aridam. Surge. et sta in medium. Et surgens. stetit. Ait autem ad illos ihe. Interrogo uos. si licet sabbatis bene facere. an male. anima saluam facere. an perdere. Et circumspectis omnibus. dixit homini. Extende manum tuam. Et extendit. et restituta est manus eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia. et conloquebantur ad inuicem. quid nam facerent ihu.

L. xliii. T. iii. M. cxlviii. R. lxvi.

Factum est autem in diebus illis. exiit in montem orare. et erat per noctem in oratione dei.

L. xliiii. T. iii. M. lxxx. R. xxx.

Et cum uisus dies factus esset. uocauit discipulos suos. Et elegit duodecim ex ipsis. quos et apostolos nominauit. Simonem quem cognominauit petrum. et Andream fratrem eius. Iacobum et Iohannem. Philippum. et Bartholomeum. Matheum. et thomam. Iacobum alphei. et simonem qui uocatur zelotes. Iudam iacobi. et Iudam scarioth. qui fuit proditor.

L. xlv. T. i. M. xxiii. R. xxvii. R. xlvi.

Et descendens cum illis stetit in loco campestri. et turba discipulorum eius. et multitudo copiosa plebis. ab omni iudea. et hierlm. et maritima. et tyri et sydonis. qui uenerant ut audirent eum. et sana

rent a languorib; suis. Et qui uexabantur ab spi
ritib; inmundis curabantur: Et omnis turba que
rebant ei tangere. quia uirtus de illo exiebat.
L. xl vi. T. v. Or. xxv. & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in dis
cipulos suos. dicebat. Beati pauperes. quia urm regnu di.
L. xl vii. T. v. Or. xxvi. Beati qui nunc esuritis. quia saturabimini.
L. xl viii. T. v. Or. xxvii. Beati qui nunc fletis. quia ridebitis.
L. xl viii. T. v. Or. xxx. Beati eritis cum uos oderint homines. & cum separa
uerint uos. & exprobrauerint. & ceciderint nomen
urm tamquam malum. ppter filium hominis. Gau
dete in illa die. & exultate. Ecce enim merces ura
multa e in celo. Secdm hec enim faciebant pphetis
L. l. x sol. patres eorum. Verumtamen. ue uob diuitib;.
quia habetis consolatione uram. Ue uobis qui satu
rati estis. quia esurietis. Ue uobis qui ridetis nunc
quia lugebitis & flebitis.
L. li. x sol. Vae cum bene uobis dixerint oms homines. Secdm
hec faciebant pphetis patres eorum.
L. lii. T. v. xl. Sed uobis dico qui auditis. Diligite inimicos uros.
bene facite his qui uos oderunt. Benedicite male
dicentib; uob. orate pcalumniantibus uos.
L. liii. T. v. xxxviii. Et qui te pcutit in maxillam. prebe & altera. Et
ab eo qui aufert tibi uestimentu. & ia tunica noli
phibere. Omni aut petenti te. tribue. Et qui au
fert que tua sunt. ne repetas.
L. liiii. T. v. liiii. Et prout uultis ut faciant uobis homines. & uos fa
cite illis similiter.

L. lv.
T. xl.

Et si diligitis eos qui uos diligunt. quę uobis est
gratia. Nam & peccatores. diligentes se diligunt.
Et si bene feceritis his qui uob bene faciunt. quę
uobis est gratia. Siquidem & peccatores hoc fa
ciunt. Et si mutuū dederitis his aquib. speratis
recipere. quę gratia est uobis. Nam & peccato
res peccatorib. feneramtur. ut recipiant ęqualia
Verumtamen diligite inimicos uros. & bene fa
cite. & mutuū date. nihil inde sperantes. Et erit
merces ura multa. Et eritis filii altissimi. quia
ipse benignus est sup ingratos & malos. Estote ergo
misericordes. sicut & pater ur misericors est.

L. lvi.
T. lii.
P. xl.

Nolite iudicare. & non iudicabimini. Nolite con
demnare. & non condemnabimini. Dimittite.
& dimittemini. Date. & dabitur uobis. Mensu
ram bona & conferta & coagitata. & sup efflu
entem. dabunt in sinum urum. Eadem uero
mensura qua mensi fueritis. remietur uobis.

L. lvii.
T. v.
P. cl vi.

Dicebat aut illis & similitudine. Numquid po
test cecus cecum ducere. Nonne ambo in fouea
cadunt. Non est discipulus sup magistrum.
Per fectus aut omnis erit. si sit sic magister eius.

L. lviii.
T. m.
P. xc.
P. cxviii.
T. cxxxviii.

Quid aut uides festucam in oculo fris tui. trabem
aut quę in oculo tuo est non consideras. Aut
quomodo poteris dicere fri tuo. frater: sine eicia
festuca de oculo tuo. ipse in oculo tuo trabem
non uides. Hypocrita. eice primū trabem de

L. lviii.
T. v.
P. Li.

oculo tuo. Et tunc p.spicies. ut educas festuca
de oculo fratris tui.

L. lx
T. v
O. lviii.

Non est enim arbor bona que facit fructus ma
los. neq; arbor mala faciens fructu bonu. Una
quecq; enim arbor de fructu suo cognoscitur:

L. lxi.
T. v
O. lvii.

Neq; enim de spinis colligunt ficus. neq; de rubo
uindemiant uuam.

L. lxii.
T. v
O. cxxv.

Bonus homo. de bono thesauro cordis sui: profert
bonu. Et malus homo. de malo thesauro. profert
malu. Ex habundantia enim cordis. os loquit.

L. lxiii.
T. iii
O. lviii.
P. cxvi.

Quid au uocatis me dne. dne. & non facitis que dico.

L. lxiiii.
T. v
O. lxi.

Omnis qui uenit ad me. & audit sermones meos.
& facit eos. ostendam uobis. cui similis sit. Simi
lis est homini edificanti domu. qui fodit in al
tum. & posuit fundamta supra petram. Inun
datione au facta. inlisum est flumen domui illi.
& non potuit eam mouere. fundata enim erat
supra petram. Qui au audit & n facit. similis
est homini edificanti domu sua supra terram.
sine fundamto. Inqua inlisus est fluuius. & con
tinuo cecidit. Et facta est domus illius magna ruina.

VI

L. lxv.
T. iii
O. lxiii.
P. xxxvii.

Cum aute implesset
oma uerba sua in aures plebis. intrauit caphar
naum. Centurionis aut cuiusda seruus male
habens. erat morituus. qui illi erat preciosus.
Et cum audisset de ihu. misit ad eu seniores iu
deoru. rogans eu ut ueniret. & saluaret seruum

eius. Et illi cū uenissent ad ihm. rogabant eum
sollicite dicentes ei. Quia dignus est. ut hoc illi
prestes. Diligit enim gentē nrām. & synagoga ipse
edificauit nobis. Ihc aut ibat cum illis. Et cum
iam nō longe esset a domo. misit ad eū centurio
amicos dicens. Dne. noli uexari. Non enim dignus
sum. ut sub tectū meū intres. Propter quod & me
ipsū non sum dignū arbitratus. ut uenire ad te.
Sed dic uerbo. & sanabit puer meus. Nam & ego
homo sum sub potestate constitutus. habens sub me
milites. Et dico huic uade. & uadit. Et alio ueni.
& uenit. Et seruo meo fac hoc. & facit. Quo audi
to ihc miratus est. & conuersus sequentib; se turbis
dixit. Amē dico uob. Nec in isrl tanta fide inueni.

L. lxvi.
T. ℣ lxvi.

Et reuersi qui missi fuerant domū. inuenerunt
seruum qui languerat sanum.

L. lxvii.
S. ℣ l.

Et factū est deinceps. Ibat in ciuitatē que uocat
naim. & ibant cū illo discipuli eius. & turba co
piosa. Cum autē appropinquasset porte ciuitatis. &
ecce defunctus efferebat filius unicus matri sue.
Et hee uidua erat. & turba ciuitatis multa cum
illa. Quam cū uidisset dns misericordia motus super
eam. dixit illi. Noli flere. Et accessit. & tetigit
loculum. Hi aū qui portabant. steterunt. Et ait.
Adolescens. tibi dico. Surge. Et resedit qui erat
mortuus. & cepit loqui. & dedit illū matri sue.
Accepit autē omes timor. & magnificabant dm

dicentes. Quia ꝓpheta magnus surrexit in nobis.
Et quia ds. uisitauit plebem suam.

l. lxviii. Et exiit hic sermo in uniuersam iudeam de eo.
sol. & omnem circa regionem.

l. lxviii Et nuntiauerunt iohanni discipuli eius. de omib;
to. xcii. his. Et conuocauit duos de discipulis suis iohan
nes. & misit ad ihm dicens. Tues qui ueniturus es.
an alium exspectamus. Cum aut ueniissent ad
eum uiri. dixerunt. Iohannes baptista. misit
nos ad te dicens. Tues qui ueniturus es. an aliu
exspectamus. In ipsa aut hora. curauit multos
a languoribus & plagis. & spiritib; malis. & cecis
multis donauit uisum. Et respondens. dixit
illis. Euntes nuntiate iohanni. que uidistis &
audistis. Quia ceci uident. claudi ambulant.
lepsi mundantur. Surdi audiunt. mortui re
surgunt. pauperes euangelizantur. Et beatus est
qui si fuerit scandalizatus in me. Et cu disce
cisset nuntii iohannis. cepit dicere de iohan
ne ad turbas. Quid existis in desertu uidere.
Harundinem uento moueri. Sed quid existis ui
dere. Hominem mollib; uestimentis in dutum. Ecce
qui in uestie preciosa sunt & deliciis. in domib;
regum sunt. Sed quid existis uidere. Prophetam.
Utiq; dico uobis. & plusquam prophetam.

l. lxx. Hic e de quo scriptu est. ecce mitto angelm meu
to. xcii. ante faciem tuam. qui pparabit uiam tuam ante te.

L. lxxi. T. v. o. iii. Dico enim uobis. Maior inter natos mulierum
ppheta iohanne baptista. Nemo est. Quia qui mi
nor est. in regno dei maior est illo.

L. lxxii. S. ol. Et omnis populus audiens. & publicani. iustifica
uerunt deum. baptisati baptismo iohannis. Pha
risei autem & legis periti. consilium dei spreuerunt in
semetipsos. non baptisati a eo.

L. lxxiii. T. v. o. vii. Cui ergo similes dicam homines generationis hui.
& cui similes sunt. Similes sunt pueris sedentib
in foro. & loquentib; adinuicem. & dicentibus.
Cantabimus uobis tibiis. & non saltastis. lamen
tauimus uobis. & non plorastis. Uenit enim iohannes
baptista. neq; manducans panem. neq; bibens
uinum. & dicitis demonium habet. Uenit filius
hominis manducans & bibens. & dicitis. Ecce
homo deuorator: & bibens uinum. amicus publi
canorum & peccatorum. Et iustificata est sapien
tia. ab omnibus filiis suis.

L. lxxiii. T. o. ce. lxxvi. o. e l. viii. o. xe viii. Rogauit autem illum quidam de pharisei. ut man
ducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei.
discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate
peccatrix. ut cognouit quod accubuit in domo
pharisei. attulit alabastrum unguenti. & stans
retro secus pedes eius. lacrimis cepit rigare
pedes eius. & capillis capitis sui tergebat. Et
osculabatur pedes eius. & unguento unguebat.
Uidens autem pharisseus qui uocauerat eum. ait

intra se dicens. Hic si ēet pphēta. scirēt utq;
quē & qualis mulier ēet que tangit eū. quia
peccatrix est. Et respondens ihc. dixit ad illum.
Simon. habeo tibi aliquid dicere. At ille ait.
Magister: dic. Duo debitores erant cuīdā fenē
ratori. unus debebat denarios quingentos. alius
quinquaginta. Non habentib; illis unde red
derent. donauit utrisq; Quis ergo eū plus dili
git. Respondens simon. dixit. Estimo. quia is
cui plus donauit. At ille. dixit ei. Recte iu
dicasti. Et conuersus ad mulierē. dixit simoni.
Videsne hanc mulierem. Intrauī in domū tuam.
aquā pedib; meis ñ dedisti. Hēc aut lacrimis
rigauit pedes meos. & capillis suis tersit. Oscu
lum mihi ñ dedisti. Hēc aut ex quo intrauit
ñ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput mē
ñ unxisti. hēc aut unguento unxit pedes me
os. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei
peccata multa. quō dilexit multū. Cui aut
minus dimittitur. minus diligit. Dixit aut
ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et coe
perunt qui simul accumbebant. dicere in
tra se. Quis ē hic. qui ētia peccata dimittit.
Dixit aut ad mulierem. Fides tua te saluam
fecit. vade in pacē.

L. Lxxxv. Et factum est de inceps. & ipse iter faciebat
Sol. p ciuitatē & castellum. pdicans & euangeli

hans regnum dī. Et duodecim cū illo. & mulie
res aliquę. quę erant curatę ab spiritib; maligns
& infirmitatibus. Maria quę uocatur magda
lenę. de qua demonia septem exierant. & iohan
na uxor chuzę. ꝓcuratoris herodis. & susanna.
& alię multę quę ministrabant eis de faculta
tib; suis. Cum autē turba plurima conue
nirēt. & de ciuitatib; ꝓperarent ad eū. dixit p
similitudinē. Exiit qui seminat. seminare sem
suum. Et dum seminat. aliud cecidit secus uia.
& conculcatū est. & uolucres cęli comedēs illud.
Et aliud cecidit supra petra. & natum aruit.
quia ñ habebat humorem. Et aliud cecidit in
ter spinas. & simul exortę spinę suffocauerunt
illud. Et aliud cecidit in terra bona. & ortum
fecit fructū centuplum. Hęc dicens. clamabat.
Qui habet aures audiendi. audiat. Interroga
bant autē eū discipuli eius. quę ēet hęc parabo
la. Quib; ipse dixit. Uob datū ē nosse mysterium
regni dī. Ceteris autē in parabolis. ut uidentes
ñ uideant. & audientes ñ intellegant.
Est autē hęc parabola. Semen est uerbum dī.
Qui autē secus uiā sunt. hi sunt qui audiunt.
Deinde uenit diabolus. & tollit uerbū de corde
eorum. ne credentes salui fiant. Nam qui supra
petram. qui cum audierint. cū gaudio suscipi
unt uerbum. Et hi radices ñ habent. quia ad

L. Lxxvi.
T. II
M. cxxxi.
R. xxxvi.

L. Lxxvii.
T. I
M. cxxxiii.
R. xxxvii.
Ꝓ. c viii.

L. Lxxviii.
T. II
M. cxxxv.
R. xxxviii.

tempus credunt. & intempore temptationis rece
dunt. Quod autem in spinis cecidit. hi sunt qui
audierunt. & a sollicitudinib; & diuitiis & uolup
tatib; uite. euntes suffocantur. & non referunt fruc
tum. Quod autem in bona terra. hi sunt qui in
corde bono & optimo audientes uerbum retinent.
& fructum afferunt in patientia.

L. Lxxviii. T. ii. M. xxxii. B. xxxviii.

Nemo autem lucernam accendens operit eam uase.
aut subtus lectum ponit. sed supra candelabrum
ponit. ut intrantes uideant lumen.

L. Lxxix. T. ii. M. xci. B. xl.

Non enim est occultum. qd non manifestet. nec abscon
ditum qd non cognoscat. & in palam ueniat.

L. Lxxx. T. v. M. cxxxii.

Videte ergo. quomodo audiatis. Qui enim habet.
dabitur illi. Et quicumq; non habet. etiam quod
putat se habere auferetur ab illo.

L. Lxxxi. T. ii. M. cxxx. B. xxxv.

Uenerunt autem ad illum mater & frs eius. & non pote
rant adire eum pre turba. Et nuntiatum est illi.
Mater tua. & fratres tui stant foris uolentes te
uidere. Qui respondens. dixit ad eos. Mater mea
& fratres mei hi sunt. qui uerbum di audiunt & faciunt.

L. Lxxxii. T. ii. M. Lxviii. B. xlvii.

Factum est autem in una dierum. & ipse ascendit in naueu
lam. & discipuli eius. Et ait ad illos. Transfreetur
trans stagnum. & ascenderunt. Nauigantib; autem
illis. obdormiuit. Et descendit procella uenti in
stagnum. & complebantur. & periclitabantur.
Accedentes autem. suscitauerunt eum dicentes. Pre
ceptor. perimus. At ille surgens. increpauit

uentum. & tempestate aque. & cessauit. & facta
est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides uestra?
Qui timentes. mirati sunt. dicentes ad inuicem.
Quis putas hic est. quia & uentis imperat & mari.
& obediunt ei? Et nauigauerunt autem ad regionem
gerasenorum. que est contra galileam. Et cum
egressus esset ad terram. occurrit illi uir quidam qui
habebat demonium iam temporibus multis. & uesti
mento non induebatur: neque in domo manebat.
sed in monumentis. Is ut uidit ihm. procidit an
te illum. & exclamans uoce magna. dixit.
Quid mihi & tibi est ihu fili di altissimi? Obsecro
te. ne me torqueas. Precipiebat enim spiritui
immundo. ut exiret ab homine. Multis enim
temporibus arripiebat illum. & uinciebatur cate
nis. & compedibus custoditus. & ruptis uinculis
agebatur a demonio in deserta. Interrogauit
autem illum ihe. dicens. Quod tibi nomen est? At ille
dixit. legio. Quia intrauerant demonia multa
in eum. Et rogabant illum. ne imperaret illis. ut
in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum mul
torum pascentium in monte. & rogabant eum ut per
mitteret eos in illos ingredi. & permisit illos. Exie
runt ergo demonia ab homine. & intrauerunt
in porcos. Et impetu abiit grex per preceps in stag
num. & suffocatus est. Quod ut uiderunt factum
qui pascebant. fugerunt. Et nuntiauerunt in

ciuitatē. & in uillas. Exierunt autē uidere. quod
factum est. Et uenerunt ad ihm. Et inuenerunt
hominē sedentē a quo demonia exierant uestritū
ac sana mente ad pedes eius. & timuerunt. Nun
tiauerunt autē illis. & qui uiderant. quomodo
sanus factus est a legione. Et rogauerunt illū
omnis multitudo regionis gerasenorū. ut disce
deret a ipsis. quia timore magno tenebantur:
l. lxxxviii R. viii ꝑ. xlviii. Ipse autē ascendens nauim. reuersus est. Et roga
bat illū uir a quo demonia exierant. ut cum eo
esset. Dimisit autē eū ihc. dicens. Redi domū tuā.
& narra quanta tibi fecit ds. Et abiit puniuersā
ciuitatē. predicans quanta illi fecisset ihc.
l. vii l. lxxxv. t. ii ꝑ. lxxiii. R. ꝑ. xlviii. FACTVM EST AVTEM CVM REDISSET
ihc. excepit illū turba. Erant enim omes ex
spectantes eum. Et ecce uir uenit cui nomen
iairus. & ipse princeps synagoge erat. Et cecidit
ad pedes ihu. rogans eū ut intraret in do
mum eius. Quia filia unica erat illi. fere anno
rū duodecim. & hec moriebatur: Et contigit
dū iret. a turbis comprimebatur. Et mulier
quedā erat in fluxu sanguinis a annis duode
cim. que in medicos erogauerat omne substan
tiā suā. nec a bullo potuit curari. Accessit re
tro. & tetigit fimbriā uestimenti eius. Et confesti
stetit fluxus sanguinis eius. Et ait ihc. Quis est qui
me tetigit. Negantib; autē omib; dixit petrus.

& qui cū illo erant. Preceptor: turbe te compri
munt & affligunt. & dicis quis mē tetigit. Et
dixit ihc. Tetigit me aliquis. Nam ego noui uir
tutē de me exisse. Videns aut mulier quia non
latuit. tremens uenit & cecidit ante pedes eius.
Et ob qua causa tetigerit eū indicauit cora omi
pplo. & quem admodu confestim sanata sit. At
ipse dixit illi. filia. fides tua te salua fecit. uade
in pace. Adhuc eo loquente. uenit quida ad
principē synagoge dicens ei. Quia mortua est
filia tua. noli uexare illū. Ihc aut audito hoc
uerbo. respondit patri puelle. Noli timere. crede
tantū. & salua erit. Et cū uenisset domū. non
pmisit intrare secū quēquā. nisi Petrū. & Iacobū.
& iohannē. & patrē & matrē puelle. Flebant au
omes. & plangebant illam. At ille dixit. Nolite
flere. non est mortua. sed dormit. Et deridebant
eum. scientes quia mortua erat. Ipse aut tenens
manū eius. clamauit dicens. Puella surge. Et re
uersus est spe eius. & surrexit continuo. Et iussit
illi dari manducare. Et stupuerunt parentes eius.
Quib; pceptit. ne alicui dicerent. qd factū erat.

Evm
L. Lxxxvi.
T. II
Or. Lxxviii.
B.
Ar. xxviii.

CONVOCATIS AUT DUODECI
apostolis. dedit illis uirtutē & potestatē. supoma
demonia. & ut languores curarent. Et misit illos
pdicare regnū di. & sanare infirmos.

L. Lxxxvii.
Or. Lxxxiii.
Ar. L.iii.

Et ait ad illos. Nihil tuleritis in uia. neq; uirgam.

neq; pera. neq; panem. neq; pecuniam. neq; duas tu
nicas habeatis. Et in quamcumq; domum intraueri
tis. ibi manete. & inde ne exeatis.

L. lxxxvii T. lxxxv R. lv. Et quicumq; non receperint uos. exeuntes de ciuitate illa.
& ea pulueres pedu uroru excutite in testimoniu super illos.

L. lxxxviii R. viii Egressi au circuibant per castella euangelizantes.
& curantes ubique.

L. xc. T. ii R. cxlm Audiuit au herodes tetrarcha oma que fiebant ab
O. lvi co. & hesitabat. Eo quod dicebatur a quibusdam.
quia iohannes surrexit a mortuis. A quibusda
uero. quia helias apparuit. Ab aliis au. quia pro
pheta unus de antiquis surrexit. Et ait herodes.
Iohanne ego decollaui. quis au est iste. de quo ego au
dio talia. Et querebat uidere eum.

L. xci. R. viii O. lxi. Et reuersi apli narrauerunt illi quecuq; fecerunt.
Et adsumptis illis. secessit seorsum in locu deserti.

L. xcii. T. iii O. cxlvi. R. xlvii. qui est bethsaide. Quod cu cognouissent turbe.
secute sunt illum. Et excepit illos. & loquebat illis
de regno di. Et eos qui cura in digebant sanabat.

L. xciii. T. i O. cxlvii. R. lxiii. R. xlviii. Dies aut coperat declinare. & accedentes duodeci.
dixerunt illi. Dimitte turbas. ut euntes in castella.
uillasq; que circa sunt diuertant. & inueniant
escas. quia hic in loco deserto sumus. Ait au ad
illos. Dos date illis manducare. At illi dixerunt.
Non sunt nobis plusqua quinq; panes & duo pis
ces. Nisi forte nos eamus. & emamus in omne hanc
turba escas. Erant aut. fere uiri quinq; milia. Ait

aut ad discipulos suos. Facite illos discumbere
p conuiuia quinquagenos; & ita fecerunt. Et dis
cubuerunt omes. Acceptis aut quinq; panib; &
duob; piscib; respexit in celu. & benedixit illos.
Et fregit. & distribuit discipulis suis. ut ponerent
ante turbas. Et manducauer omnes. & saturati
sunt. Et sublatu est quod super fuit illis fragmen
torum. cophini duodecim.

L. xcm.
T. clxvi.
Ge. lxxxii.
Ge. lxxxiii.

Et factu est cu solus eet orans. erant cu illo & disci
puli. Et interrogauit illos dicens. Quem me dicunt
ee turbe. At illi responder. & dixerunt. Iohan
nem baptistam. Alii aut helia. Alii quia pphetia
unus de priorib; surrexit. Dixit aut illis. Vos aut
que me ee dicitis. Respondens simon petrus dix.
xpm di. At ille increpans illos precepit ne
cui dicerent hoc dicens. Quia oportet filiu homi
nis multa pati. & reprbari a seniorib; & principib;
sacerdotu & scribis. & occidi. & tercia die resurgere.

L. xcv.
T. cl.
Ge. clxviii.
Ge. lxxxiii.

Dicebat au ad omes. Siquis uult uenire post me. ab
neget semetipsum. & tollat crucem sua cotidie.
& sequatur me. Qui enim uoluerit anima sua
salua facere. pdet eam. Nam qui pdiderit ani
mam sua pptr me. salua faciet illam. Quid
enim proficit homo si lucretur uniuersu mun
dum. se aut ipsu pdat. & detrimtu sui faciat.

L. xcvi.
T. cl.
Ge. clxx.
Ge. lxxxv.

Nam qui me erubuerit & meos sermones. hunc
filius hominis erubescet. cu uenerit in maiesta

L. xcvii.
T. cl.
Ge. xcm.
Ge. lxxxvi.

te sua. & patris. & scorum angelorum.

L. xcviii. T. ii. m. clxxii. R. lxxxvii. Dico autem uob. Uere sunt aliqui hic stantes. qui non
gustabunt mortem. donec uideant regnum di.

SVIIII. FACTVM EST AUTEM POST HEC
uerba fere dies octo. & adsumpsit petrum. & iaco
bum. & iohannem. & ascendit in montem ut oraret.
Et factum est du oraret. species uultus eius altera.
& uestitus eius albus refulgens. Et ecce duo uiri.
loquebantur cum illo. Erant autem moyses. & helias.
uisi in maiestate. Et dicebant excessum eius. quem
completurus erat in hierusalem. Petrus autem & qui
cum illo. grauati erant somno. Et euigilantes. uide
runt maiestatem eius. & duos uiros qui stabant cum
illo. Et factum est cum discederent ab illo. ait petrus
ad ihm. Preceptor: bonum est nos hic esse. Et faciamus
tria tabernacula. Unum tibi. & unum moysi. & helie
unum. Nesciens quid diceret. Hec autem illo loquen
te. facta est nubes. & obumbrauit eos. Et timuerunt
intrantib; illis in nubem. & uox facta est de nube di
cens. Hic est filius meus dilectus. ipsum audite.
Et dum fieret uox. inuentus est ihc solus. & ipsi
tacuerunt. Et nemini dixerunt in diebus illis
quicquam ex his que uiderant.

L. xcviii. T. ii. m. clxxiii. R. xci. Facta est autem in sequenti die. descendentib; illis de
monte. occurrit illi turba multa. Et ecce uir de
turba. exclamauit dicens. Magister: obsecro te.
respice in filium meum. quia unicus est mihi. Et ecce

spc ad prhendit illu. & subito clamat & elidit. &
dissipat eu cum spuma. & uix discedit dilanians
eum. Et rogaui discipulos tuos. ut eicerent illu. &
n potuerunt. Respondens autem ihc. & dixit. O ge
neratio infidelis & peuersa. usquequo ero apud uos
& patiar uos. Adduc huc filiu tuum. Et cu acce
deret. elisit illu demoniu & dissipauit. Et increpa
ihc spm inmundu. & sanauit puerum. & reddi
dit illum patri eius.

l. e. R viii or. lxxv.

Stupebant autem omnes. in magnitudine di.
l. et. T ii or. clxxvi. R or. xciii.
Omnibusq; mirantib. in omnib; que faciebat. dix
ad discipulos suos. Ponite uos in cordib; uris. ser
mones istos. Filius enim hominis futuru est. ut
tradatur in manus hominu. At illi ignorabant
uerbu istud. & erat uelatu ante eos. ut n sentiret
illud. & timebant eu interrogare de hoc uerbo.

l. eii. R ii or. clxxviii. R or. xcv.

Intrauit autem cogitatio in eos. quis eoru maior est.
At ihc uidens cogitationes cordis illoru. ad pre
hendens puru. statuit illu secus se. & ait illis.
Qui cumq; suscepeit puru istum in nomine
meo. me recipit. Et qui cumq; me receperit.
recipit eu qui me misit. Nam qui minor est in
ter omnes uos. hic maior est.

l. eiii. viii R or. xcvii.

Respondens autem iohannes. dixit. Preceptor quen
dam uidimus in nomine tuo eicientem demonia.
& phibuimus eum. quia n sequitur nobiscum.
Et ait ad illu ihc. Nolite phibere. Qui enim n

est aduersum uos. pro uobis est.

L. cum. x sol. Facta est autem dum complerentur dies assumptionis eius.
et ipse faciem suam firmauit ut iret in hierusalem. Et
misit nuntios ante conspectum suum. Et euntes intra
uerunt in ciuitatem samaritanorum. ut pararent illi.
Et non receperunt eum. quia facies eius erat euntis
hierlm. Cum uidissent autem discipuli eius iacob;
et iohannes. dixerunt. Dne. uis dicimus ut ignis
descendat de cęlo. ut consumat illos. Et conuer
sus increpauit illos. dicens. Nescitis cui uus
estis. Filius hominis non uenit animas perdere.
sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.

L. cv. Ty. Ex. lxviii. Factum est autem ambulantib; illis in uia. dixit qui
dam ad illum. Sequar te. quocumq; ieris. Et
ait illi ihc. Vulpes foueas habent. et uolucres
cęli nidos. filius au hominis. non habet ubi caput
reclinet. Ait autem ad alterum. Sequere me. Ille
autem. dixit. Dne. permitte mihi primum ire. et se
pelire patrem meum. Dixitq; ei ihc. Sine ut mor
tui sepeliant mortuos suos. tu autem uade ad nun
tia regnum di. Et ait alter. Sequar te

L. cvi. x sol. dne. Sed primum permitte mihi renuntiare his
qui domi sunt. Ait autem ad illum ihc. Nemo mit
tens manum suam in aratrum. et aspiciens retro. aptus
est regno di.

L. cvii. x sol. POST HEC AUTEM DESIGNAVIT
dns et alios septuaginta duos. et misit illos binos.

ante faciē suam. In omnē ciuitatē & locū. quo
rat ipse uenturus. & dicebat illis.

L. c viii. T. v Ge. lxxxviii. Messis quidē multa. operarii aut̄ pauci. Rogate ergo
dnm messis. ut mittat operarios in messem.

L. c viii. Ge. lxxxxvi. Ite. ecce ego mitto uos. sicut agnos inter lupos.

L. cx. T. ii lxxxii. Ge. l iii. Nolite portare sacculū. neq; peram. neq; calciamenta.
& neminem per uiam salutauerritis.

L. cxi. T. v Ge. lxxxiii. In quacumq; domū intrauerritis. primū dicite.
Pax huic domui. Et si ibi fiilius pacis fuerit. requi
escet sup illā pax uā. Sin aut̄. ad uos reuertetur.

L. cxii. T. ii lxxxiii. Ge. l iii. In eadē aut̄ domo manete. edentes & bibentes. que
apud illos sunt. Dignus ē enī operari. mercede sua.

L. cxiii. S. ol. Nolite transire. de domo in domū. Et in quacūq;
ciuitatē intrauerritis & susceperint uos. mandu
cate que apponuntur uob. Et curate infirmos
que in illa sunt. & dicite illis. Ad propinqua
uit in uos regnum di.

L. cxiii. T. ii Ge. lxxxv. Ge. l v. In quacumq; ciuitatē intrauerritis. & non recepe
rint uos. exeuntes in plateas eius dicite. Etiam
puluerē qui adhesit nobis de ciuitate ua. ex
tergimus in uos. Tamen hoc scitote. quia adp
pinquauit regnum di. Dico uobis. quia sodo
mis in illa die remissius erit. quā illi ciuitati.

L. cxv. T. v Ge. c viii. Vae tibi corozain. uę tibi bethsaida. Quia si in
tyro & sydone. factę fuissent uirtutes que in
uobis factę sunt. olim in cilicio & cinere seden
tes. pęnitentiam egerunt. Verumtamen. tyro & sydoni re

missius erit in iudicio. quia uobis. Et tu capharnaũ
usq; ad celũ exaltata. usq; ad infernũ dimergeris.
L. cxvi. T. l. m. xcviii. ꝑ. xcvi. ꝓ. cxx. Qui uos audit. me audit. Et qui uos spernit. me
spernit. Qui aũ me spernit. spernit eũ qui me misit.
L. cxvii. ℣ Sol. Reuersi sunt aũt septuaginta duo cũ gaudio dicen
tes. Dne. Etiã demonia subiciuntur nobis in no
mine tuo. Et ait illis. Uidebã satanan. sicut
fulgur de celo cadentem. Ecce dedi uobis po
testatẽ calcandi supra serpentes & scorpiones.
& supra omnẽ uirtutẽ inimici. & nihil uos dn̄o
cebit. Uerumtamen. in hoc nolite gaudere. quia
spe uobis subiciuntur. Gaudete autem. quod
nomina ura. scripta sunt in celis.
L. cxviii T. v. m. cx. In ipsa hora exultauit spu sco. & dixit. Confite
or tibi pater. dne celi & terre. Quod abscondis
ti hec a sapientib; & prudentib; & reuelasti ea
paruulis. Etiã pater. quia sic placuit ante te.
L. cxviii T. iii m. cxi. ꝑ. cxii. ꝓ. lxxxvii. Omnia mihi tradita sunt. a patre meo; & nemo
scit qui sit filius. nisi pater. Et qui sit pater.
nisi filius. & cui uoluerit filius reuelare.
L. cxx. T. v. m. cxxxii. Et conuersus ad discipulos suos. dixit. Beati
oculi qui uident que uos uidetis. Dico enim uobis.
Quod multi pphete & reges uoluerunt uidere
que uidetis uos. & non uiderunt. Et audire
que audistis. & non audierunt.
L. cxxi. T. ii m. cxciii. ꝓ. c vii. Et ecce quidã legis peritus surrexit. temptans
illũ & dicens. Magister. quid faciendo uitã æter

nam possidebo. Et ille dixit ad eū, In legē quid
scriptū est. quomodo legis. Ille respondens. dixit.
Diliges dnm dm tuū ex toto corde tuo. & ex tota
anima tua. & ex omnib; uiribus tuis. & ex omni
mente tua. Et proximū tuū. sicut te ipsum.
Dixitq; illi. Recte respondisti. fac hoc & uiues.
l. cxxii. x sol. Ille aut uolens iustificare se ipsum. dixit ad ihm.
Et quis est meus proximus. Suspiciens aut ihc. dixit.
Homo quidam descendebat ab hierusalē in hie
richo. & incidit in latrones. Qui & ea despoliauerunt eum. & plagis impositis. semiuiuo relicto.
Accidit autē ut sacerdos quidā descenderet eadem uia. & uiso illo. pretriuit. Similiter & leuita cū esset secus locū. & uidens eū. pransiit.
Samaritanus autē quidā iter faciens. uenit secus eum. & uidens eū. misericordia motus est. Et ad propians. alligauit uulnera eius. infundens oleū & uinū. & imponens illū in iumentū suū. duxit in stabulū. & curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios. & dedit stabulario. & ait. Curam illius habe. Et quodcumq; sup erogaueris. ego cū rediero redda tibi. Quis horū trium uidetur tibi proximus fuisse. illi qui incidit in latrones.
Et ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi ihc. Vade. & tu fac similiter.
Factum est autē dum irent. & ipse intrauit in quod dam castellum. Et mulier quedam martha

nomine. excepit illũ in domũ suã. Et huic erat
soror nomine maria. Quę ꝗa sedens secus pedes
dni. audiebat uerbũ illius. Martha autẗ. satagebat
circa frequens ministeriũ. Quę stetit. ꝗ ait. Dne.
non est tibi curę quod soror mea reliquit me
solam ministrare. Dic ergo illi. ut me adiuuet.
Et respondens. dixit illi dns. Martha. Martha.
sollicita es. ꝗ turbaris erga plurima. Porro. unũ
est necessarium. Maria optimam partem ele
git. quę non auferetur ab eã.

sxi
L. cxxiii.
T. ꝗ. Liii.

Et factũ ẽ cũ esset in loco
quodam orans. ut cessauit. dixit unus ex disci
pulis eius ad eum. Dne. doce nos orare. sicut ꝗ
iohannes docuit discipulos suos. Et ait illis. Cum
oratis dicite. Pater. sanctificetur nomen tuum. Ad
ueniat regnũ tuum. Panẗ nrm cotidianũ da
nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nra.
Siquidẗ ꝗ ipsi dimittimus omni debenti nobis.
Et ne nos inducas. in tentationem.

L. cxxiiii.
Sol.

Et ait ad illos. Quis urm habebit amicũ. ꝗ ibit
ad illũ media nocte ꝗ dicet illi. Amice. com
moda mihi tres panes. quo amicus meus uenit
de uia ad me. ꝗ non habeo quod ponã ante
illum. Et ille de intus respondens. dicat. Noli
mihi molestus ẗ. iam hostiũ clausũ est. ꝗ pue
ri mei mecũ sunt in cubili. non possũ surgere.
ꝗ dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans.

dico uobis. Et si non dabit illi surgens eo quod
amicus eius sit. ppter impbitate tamen ei surget.
& dabit illi quot quot habet necessarios.

L. cxxv. T. V. m. Et ego uobis dico. Petite. & dabitur uobis. Quere
te. & inuenietis. Pulsate. & aperietur uobis.
Omnis enim qui petit accipit. & qui querit in
uenit. & pulsanti aperietur. Quis autem ex uobis
patrem petit panem. numquid lapidem dabit illi.
Aut pisces. numquid pro pisce. serpentem dabit
illi. Aut si petierit ouum. numquid porriget
illi scorpionem. Si ergo uos cum sitis mali. nostis
bona data dare filiis uris. quanto magis pater
ur de celo. dabit spm bonum petentibus se.

L. cxxvi T. V. m. Et erat eiciens demonium. & illud erat mutum.
Et cum eiecisset demonium. locutus est mutus.
Et admirate sunt turbe.

L. cxxvii. T. II. m. cxxi. m. xxxii. Quidam autem ex eis. dixerunt. In beelzebub prin
cipe demoniorum. eicit demonia.

L. cxxviii. T. V. m. cxxvii. Et alii tentantes. signum de celo querebant ab eo.

L. cxxviii. T. II. m. cxxii. m. xxxiii. Ipse autem uidit cogitationes eorum. dixit eis. Omne
regnum in se ipsum diuisum desolatur. Et dom
super domum cadet. Si autem & satanas in se ipsum
diuisus est. quomodo stabit regnum ipsius. Quia
dicitis in beelzebub eicere me demonia. Si autem
ego in beelzebub eicio demonia. filii uri in quo
eiciunt. Ideo ipsi. iudices uri erunt. Porro.
si in digito di eicio demonia. profecto peruenit in

uos regnū di. Cum fortis armatus custodit atriū
suū: in pace sunt omnia ea quę possidet. Si autē
fortior illo supueniens uicerit eū. uniuersa ar
ma eius auferet in quib; confidebat. & spolia eī
distribuet. Qui non est mecum. aduersum me
est. Et qui non colligit mecum. dispergit.

L. cxxx. T. Y. cxxviii

Cum in mundus spē exierit de homine. pam
bulat p loca inaquosa. quęrens requiē & non
inueniens. dicit. Reuertar in domū meā. unde
exiui. Et cum uenerit. inuenit scopis munda
tam. Et tunc uadit. & adsumit septē alios spē
nequiores se. & ingressi habitant ibi. Et sunt
nouissima hominis illius peiora prioribus.

L. cxxxi. Sol.

Factū est autē cū hęc diceret. extollens uocem
quędā mulier de turba. dixit illi. Beatus uen
ter qui te portauit. & ubera quę suxisti. At ille
dixit. Quin immo. Beati qui audiunt uerbū di.
& custodiunt illud.

L. cxxxii. T. Y. cxxviii.

Turbis autē concurrentibus. cępit dicere. Genera
tio hęc. generatio nequa est. Signū quęrit. &
signū non dabitur illi. nisi signū ionę; Nam
sicut ionas fuit signū ninneuitis. ita erit & filius
hominis generationi isti. Regina austri surget
in iudicio cum uiris generationis huius. & con
dempnabit illos. Quia uenit a finib; terre. au
dire sapientia salomonis. Et ecce plus salomo
ne hic. Uiri ninneuitę surgent in iudicio cum

generatione hac. & condemnabunt illam. quia pe
nitentiam egerunt. ad predicationem ionę. Et ecce
plus. quam iona hic.

L. CXXXIII. T. II. M. XXXII. B. XXXVIII.

Nemo lucernam accendit. & in absconso ponet. neq;
submodio. sed super candelabrum. ut qui in
grediuntur lumen uideant.

L. CXXXIIII. T. V. M. XLVIII.

Lucerna corporis tui. est oculus tuus. Si oculus
tuus fuerit simplex. totum corpus tuum lucidum erit.
Si autem nequam fuerit. & iam corpus tuum tenebrosum
erit. Uide ergo. ne lumen quod in te est tenebre
sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit. non
habens aliquam partem tenebrarum. erit lucidum
totum. Et sicut lucerna fulgoris. illuminabit te.

L. CXXXV. T. V. M. CCXXXVI.

Et cum loqueretur. rogauit illum quidam phari
seus. ut pranderet apud se. & ingressus. recu
buit. Pharisseus autem cepit intra se reputans di
cere. quare non baptizatus est ante prandium.
Et ait dns ad illum. Nunc uos pharisei quod
deforis est calicis & catini mundatis. Quod autem
intus est uestrum. plenum est rapina & iniquitate.
Stulti. Nonne qui fecit quod deforis est. etiam
id quod deintus est fecit. Uerumtamen. quod
sup est date elemosinam. & ecce omnia munda sunt uob.

L. CXXXVI. T. V. M. CCXXXIIII.

Sed uę uob pharisęis. qui decimatis mentam &
rutam & omne holus. & pretteritis iudicium & ca
ritatem di. Hęc autem oportuit facere. & illa non omittere.

L. CXXXVII. T. II. M. CCXXVIIII. B. CXXXV.

Uae uob pharisęis. quia diligitis primas cathedras

in synagogis. & salutationes in foro.

L. c xxxvi. T. v. m. cc xxxv. Vae uobis quia estis ut monumenta quę non appa
rent. & homines ambulantes supra nesciunt.

L. c xxxvii. T. v. m. cc xxxvi. Respondens autem quidam ex legis pertis. ait illi. Ma
gister. hęc dicens. & nos contumelia facis.
At ille ait. Et uobis legis pertis uę. quia one
ratis homines. onerib; quę portari non possunt.
& ipsi uno digito uro non tangitis sarcinas.

L. c xl. T. v. m. cc xxxviii. Uae uob qui ędificatis monumenta pphętarū. pa
tres aut uri occiderunt illos. Profecto testificamini
qd consentitis operib; patrū urorū. Quo quidem
ipsi eos occiderunt. uos autem ędificatis eorū sepulchra.

L. c xli. T. v. m. cc xl. Propterea. & sapientia dei dixit. Mittam ad illos
pphętas & apostolos. & ex illis occident & pse
quentur. Vt inquiratur sanguis omniū pphę
tarū. qui effusus est a constitutione mundi. a ge
neratione ista. A sanguine abel. usq; ad sangui
nem zacharię. qui periit inter altare & ędem.
Ita dico uobis. requiretur ab hac generatione.

L. c xlii. T. v. m. cc xxxix. Vae uob legis pertis. quia tulistis clauem scientię.
ipsi non introistis. & eos qui introibant phibuistis.

L. c xliii. xii. sol. Cum hęc ad illos diceret.
coeperunt pharisęi & legis perti graviter in
sistere. & os eius obprimere. de multis insidian
tes ei. Et quęrentes capere aliquid ex ore eius.
ut accusarent eum. Multis autem turbis circumstan
tib; ita ut se invicem conculcarent. coepit dicere

ad discipulos suos.

L. cxl iii. T. ii. ⊙. clxiii. ☾. lxxviii.

Adtendite a fermento phariseorū. qd̄ ē hypocrisis.

L. cxl v. T. v. ⊙. xcviii.

Nihil aut̄ opt̄um est quod n̄ reuelet̄ur: neq; absconditū. quod non sciat̄ur: Quōq; in tenebris dixistis. in lumine dicent̄ur: Et quod in aur̄e locuti estis in cubiculis. prēdicabit̄ur in tectis. Dico aut̄ uobis amicis meis. ne terreamini ab his qui occidunt̄ corpus. & post hēc n̄ habent̄ amplius qd̄ faciant̄. Ostendā aut̄ uobis. cui timeat̄is. Time te eū qui postqua occiderit. habet potestatem mittere in gehenna. Ita dico uobis. hunc time te. Nonne quinq; passeres uendunt̄ dipondio. & unus ex illis n̄ est in obliuione coram deo. Sed & capilli capitis uri. omnes numerati sunt. Nolite ergo timere. multis passeribus pluris estis.

L. cxl vi. T. ii. ⊙. xc iii. ☾. lxxxvi.

Dico aut̄ uobis. Omnis qui cūq; confessus fuerit me coram hominibus. & filius hominis confitebit̄ur illum. coram angelis dei.

Qui aut̄ negauerit me coram hominibus. denegabit̄ur coram angelis dei.

L. cxl vii. T. ii. ⊙. xcxiii. ☾. xxxiii.

Et omnis qui dicit uerbū in filiū hominis. remittet̄ur illi. Qui aut̄ qui in spm̄ scm̄ blasphemauerit. non remittet̄ur.

L. cxl viii. T. ii. ⊙. lxxxviii. ☾. cxli.

Cum aut̄ inducent̄ uos in synagogas & ad magistratus & potestates. Nolite sollicitī esse qualiter aut quid respondeat̄is. aut quid dicat̄is. Spe enim sēs docebit̄ uos in ipsa hora que

oportet dicere.

l. ex vnu. sol.

Ait autē ei quida de turba. Magister: dic fratri
meo. ut diuidat mecū hereditatem. At ille dixit
ei. Homo: quis me constituit iudicē. aut diui
sorē supuos. Dixitq; ad illos. Videte. & cauete
ab omni auaritia: quia non in habundantia cui
quā uita eius est. ex his quę possidet. Dixit autē
similitudinē ad illos. dicens. Hominis cuidam diui
tis uberes fructus ager attulit. & cogitabat in
tra se dicens. Quid faciā. quod non habeo quo
congregē fructus meos. Et dixit. Hoc faciam.
Destruā horrea mea & maiora faciam. Et illuc
congregabo omnia quę nata sunt mihi. & bona
mea. Et dicā animę meę. Anima. habes mul
ta bona posita in annos plurimos. Requiesce.
comede. bibe. ꝓpulare. Dixit autē illi ds. Stulte.
hac nocte anima tua repetunt a te. quę autē paras
ti. cui erunt. Sic est q̄ sibi thesaurizat. & non est ind̄ divis.

l. el. T N m. el vnu.

Dixitq; ad discipulos suos. Ideo dico uobis. Nolite
sollicti esse animo quid manducetis. neq; corpori
quid uestiamini. Anima plus est quā esca. &
corpus quā uestimentum. Considerate coruos.
quia non seminant. neq; metunt. quib; non est cella
rium. neq; horreū. & ds pascit illos. Quantoma
gis uos. pluris estis illis. Quis autē uestrūm cogitando
potest adicere ad statura sua cubitū unum. Si ergo
neq; quod minimū est potestis. quid de ceteris

sollicti estis. Considerate lilia quomodo crescunt.
Non laborant. non nent. Dico autem uobis. Nec salomon
in omni gloria sua uestiebatur: sicut unum ex istis.
Si autem fenum quod hodie in agro est. & cras in cli
banum mittitur. Deus sic uestit. Quanto magis uos pu
sillo fidei. Et uos nolite querere quid manduce
tis. aut quid bibatis. & nolite in sublime tolli.
Hec enim omnia. gentes mundi querunt. Pater autem
uester scit. quo his indigeatis. Verumtamen. querite
regnum dei. & hec omnia adicientur uobis.

l. o l i. s. ℓ.

Nolite timere pusillus grex. quia conplacuit pa
tri uestro dare uobis regnum.

l. o l ii. T. ii g. ex emu. ℞. e v iii.

Vendite que possidetis. & date elemosinam.
Facite uobis sacculos. qui non uetescunt. thesau
rum non deficientem in celis. Quo fur non adpropiat.
Neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus uester
est. ibi & cor uestrum erit.

l. o l iii. T. v ℞. x l vi.

l. o l iii. s. x ℓ.

Sint lumbi uestri precincti. & lucerne ardentes.
Et uos similes hominib; exspectantib; dominum
suum. quando reuertatur a nuptiis. Vt cum uene
rit & pulsauerit. confestim aperiant ei.

l. o l v. T. v ℞. o c l x v i.

Beati serui illi. quos cum uenerit dns. inuenerit ui
gilantes. Amen dico uobis. quod precinget se.
& faciet illos discumbere. & transiens ministra
bit illis. Et si uenerit in secunda uigilia. & si in
tercia uigilia uenerit. & ita inuenerit. beati s̄ serui illi.

l. o l vi. T. ii ℞. o c l x m. ℞. o l v.

Hoc autem scitote. quo si sciret paterfamilias qua

hora fur ueniret. uigilaret utiq; & ñ sineret pfodi
domũ sua. Et uos estote parati. quia qua hora ñ
putatis. filius hominis uenit.

l. o l vii. T v m. eo lxv. Aut aut ea petrus. Dne. ad nos dicis hanc parabolã.
an & ad omnes. Dixit aut dns. Quis putas est fi
delis dispensator & prudens. quẽ constituit dns
supra familia sua. ut det illis in tempore tritici
mensuram. Beatus ille seruus. quẽ cũ uenerit
dns. in uenerit ita facientẽ. Ueri dico uobis. quia
supra omnia quę possidet. constituet illum.

l. o l viii. T v m. eo lxviii. Quod si dixerit seruus ille in corde suo. mora facit
dominus meus uenire. & coeperit percutere pue
ros & ancillas. & edere. & bibere. & inebriari.
Ueniet dominus serui illius in die qua ñ sperat.
& hora qua nescit. & diuidet eum. partemq;
eius cum in fidelibus ponet.

l. o l viii. Sol. Ille aut seruus qui cognouit uoluntatẽ domini
sui & ñ preparauit. & ñ fecit secundũ uoluntã
tem eius. uapulabit multas. Qui aũ non cogno
uit & fecit digna. plagis uapulabit paucis. Omi
aũ cui multũ datum est. multũ querẽt ab eo.
Et cui comendauerint multũ. plus petent ab eo.

l. o lx. T v m. eo v. Ignẽ ueni mittere in terra. & quid uolo. nisi
accendatur. Baptisma aut habeo baptizari. & quomo
do coartor. usq; dum pficiatur. Putatis. quia
pacem ueni dare in terram. Non dico uobis. sed
separationẽ. Erunt enim ex hoc quinq; in domo

una diuisi: tres in duo. & duo in tres diuidentur.
Pater in filiu: & filius in patre suu. Mater in filia
& filia in matrem. Socrus in nurum suam. &
nurus in socrum suam.

l. c l xii. T. v l xii. Dicebat aut & ad turbas. Cum uideritis nubem
oriente ab occasu. statim dicitis nymb; uenit.
& ita fit. Et cum austru flante: dicitis quia
aestus erit. & fit. Hypocrite. faciem celi & terre
nostis pbare: hoc autem tempus quomodo ñ pba
tis. Quid autem & a uobis ipsis ñ iudicatis qd iustum.

l. c l xii. T. xxxvi. Dum autem uadis cum aduersario tuo ad principem
in uia. da opera liberari abillo. ne forte tra
hat te apud iudicem. & iudex tradat te exac
tori. & exactor mittat te in carcere. Dico tibi.
ñ exies inde. donec & ia nouissimu minutu reddas.

l. c l xiii. xiii Sol. ADERANT AUTEM QUIDAM
ipso in tempore nuntiantes illi de galileis.
quoru sanguinem pilatus miscuit cum sacrifi
ciis eorum. Et respondens. dixit illis. Putatis
quod hi galilei. pre omnib; galileis fuerint
peccatores: quia talia passi sunt. Non dico uob.
Sed nisi penitentia habueritis. omnes similit
peribitis. Sicut illi decem & octo. supra quos
cecidit turris in siloam. & occidit eos. Puta
tis quia & ipsi debitores fuerunt. preter omes
homines habitantes in hierusalem. Non dico
uob. sed si ñ penitentia egeritis. omes similit pe

ibitis. Dicebat aũ hanc similitudinem. Lc lxiii. x Sol
Arbore ficu habebat quidã plantatã in uinea
sua. & uenit quęrens fructũ in illa. & ñ inuenit.
Dixit aũ ad cultorem uineę. Ecce anni tres sunt
ex quo uenio quęrens fructũ in ficulnea hac. & ñ
inuenio. Succide ergo illã. ut quid etiam ter
rã occupat. At ille respondens dixit illi. Domi
ne. dimitte illã & hoc anno. usq; dũ fodiam
circa illã. & mittã stercora; & siquidem fecerit
fructũ. Sin aũ. in futurũ succides eam.
Erat autẽ docens in sy·nagoga eorũ sabbatis.
Et ecce mulier quę habebat spm infirmitatis
annis decẽ & octo. & erat inclinata. nec om
nino poterat sursum respicere. Quã eũ uidi
ssetꝫ ihs. uocauit ad se & ait illi. Mulier.
dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit
illi manus. & confestim erecta est. & glorifica
bat dm. Respondens aut archisy·nagogus. L. c Lxv. v Jh. c xvi.
indignans quia sabbato curasset ihs. dicebat
turbę. Sex dies sunt. in quib' oportet operari.
In his ergo uenite & curamini. & non in die
sabbati. Respondit aũ ad illũ dns. & dixit.
Hy·pocrite. unusquisq; uestrm sabbato non sol
uit bouem suum aut asinum a presepio.
& ducit ad aquare. Hanc
aũ filiã abrahę quam
alligauit satanas.

cccc decem & octo annis. non oportuit
solui uinculo isto die sabbati.
Et cum hec diceret erubescebant omnes ad
uersarii ei. Et omnis populus gaudebat
in uniuersis que gloriose fiebant ab eo.
Dicebat ergo. Cui simile est regnum dei. & cui
simile esse existimabo illud. Simile est gra
no sinapis. quod acceptum homo misit in
hortum suum. & crevit. & factum est in ar
borem magnam. & uolucres celi requieuerunt
in ramis eius. Et iterum dixit. Cui
simile estimabo regnum dei. Simile est
fermento. quod acceptum mulier abscondit
in farine satis tria. donec fermentaretur
totum. Et ibat per ciuitates & castella
docens. & iter faciens in hierusalem.
Ait autem illi quidam. Dne. si pauci sunt qui
saluantur. Ipse autem dixit ad illos. Con
tendite intrare per angustam portam. quia
multi dico uobis querent intrare & non
poterunt. Cum autem intrauerit pater fa
milias & clauserit ostium. & incipietis fo
ris stare & pulsare ostium dicentes. Dne aperi
nobis. Et respondens dicet uob. Nescio uos
unde sitis. Tunc incipietis dicere. Manduca
uimus & bibimus coram te. & in plateis nris docuisti.
Et dicet uobis. Nescio uos unde sitis. Discedite

ame omnes operarii iniquitatis. ibi erit fletus
et stridor dentium. Cum videritis abra
ham. et isaac. et iacob. et omnes prophetas in regno
dei. vos autem expelli foras. Et venient ab orien
te et occidente. et aquilone et austro. et accum
bent in regno dei. Et ecce sunt novissimi
qui erant primi. et sunt primi qui erant
novissimi. In ipsa die accesserunt quidam pha
risei. dicentes illi. Exi et vade hinc. quia
herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite et
dicite vulpi illi. Ecce eicio demonia. et sani
tates perficio hodie et cras. et tertia die consumor.
Verumtamen oportet me hodie et cras et sequenti
ambulare. quia non capit prophetam perire extra
hierlm. Hierlm. hierlm. que occidis prophetas
et lapidas eos qui mittuntur ad te. Quotiens vo
lui congregare filios tuos quemadmodum avis
nidum suum sub pennis. et noluisti. Ecce relinquetur
vobis domus vra. Dico autem vobis. Quia non videbitis
me donec veniat cum dicetis. Benedictus qui
venit in nomine dni. Et factum est
cum intrasset in domum cuiusdam principis pha
risei sabbato manducare panem. et ipsi obser
vabant eum. Et ecce homo quidam ydropicus
erat ante illum. Et respondens ihs. dixit ad legis
pertos et pharisios dicens. Si licet sabbato curare.
At illi tacuerunt. Ipse vero adprehensum. sanavit eum

deserta.

ac dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cui
usq̃ asinus aut bos in puteũ cadit. & ñ conti
nuo extrahet illũ die sabbati? Et ñ poterant
adhec respondere illi. Dicebat autem & ad in
uitatos parabolam. intendens quomodo primos
accubitus eligerent. dicens ad illos. Cũ inuitatus
fueris ad nuptias. ñ discumbas in primo loco.
ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo. &
ueniens is qui te & illum uocauit dicat tibi. da
huic locũ. Et tunc incipias cũ rubore nouissi
mũ locũ tenere. Sed cũ uocatus fueris uade re
cũbe in nouissimo loco. ut cũ uenerit qui te
inuitauit. dicat tibi. Amice. ascende superius.
Tunc erit tibi gla. coram simul discũbentibus.
Quia omnis qui se extollit humiliabitur. & qui se
humiliat exaltabitur. Dicebat autem & ei
qui se inuitauerat. Cũ facis prandium aut cenam
noli uocare amicos tuos. neq; frres tuos. neq; cog
natos. neq; uicinos diuites. ne forte & ipsi te
reinuitent. & fiat tibi retributio. Sed cũ facis con
uiuium. uoca pauperes. debiles. claudos. cecos. &
beatus eris. quia ñ habent retribuere tibi. Retribu
etur enim tibi. in resurrectione iustorũ. Hec cũ au
disset quidam de simul discũbentib̃. dixit illi. Beatus
qui manducabit panem in regno dei.
Et ipse dixit ei. Homo quidam fecit cenam magnam. & uo
cauit multos. Et misit seruum suum hora cene dicere

mutatis ut venirent · quia iā parata sōma ·
Et ceperunt simul omīs excusare · Primus dix
illi · Villā emi · & necesse habeo exire & videre
illā · Rogo te · habe me excusatū · Et alter dixit ·
Juga boum emi quinq; · & eo probare illa; rogo te ·
habe me excusatū · Et alius dix · Vxorē duxi · &
ideo ñ possū venire · Et reversus seruus · nuntiauit
hec domino suo · Tunc iratus pātfamilias · dixit
seruo suo · Exi cito in plateas & vicos ciuitatis ·
& pauperes ac debiles · cecos & claudos introduc huc ·
Et ait seruus · Dñe · factū est ut imperasti · & ad
huc locus ē · Et ait dñs seruo · Exi in vias & se
pes · & cōpelle intrare · ut impleatur domus
mea · Dico autē vobis · qd nemo virorū illorū
qui vocati sunt · gustabit cenam meam ·
Ibant aū turbe multe cū eo · & conversus dix
ad illos · Siquis venit ad me · & ñ odit patrē suū
& matrē · & vxorē · & filios · & frs · & sorores · ad
huc aū & animā suā · non potest mis esse disci
pulus · Et qui ñ baiolat crucē suā & venit post
me · ñ potest mis esse discipulus ·
Quis enim ex vobis volens turrim edificare · ñ
prius sedens cōputat sūptus qui necessarii sunt ·
si habet ad perficiendū · ne postea quā posuerit
fundamentū · & ñ potuerit perficere · Omis qui
vident incipiant inludere dicentes · Quia hic
homo coepit edificare · & ñ potuit consūmare ·

Aut quis rex iturus cōmittere bellū adue-
rsus aliū regē · ñ sedens pri' cogitat si possit
cū decē milib' occurrēt ei · qui cū uiginti
milib' uenit adse · Alioquin · adhuc illo lon
ge agente · legationē mittens rogat ea que
pacis sunt · Sic ergo omis ex uobis qui ñ re
nuntiat omib' que possidet · ñ potest mis ee disepls.
Bonum est sal · Si autem sal
quoq; euanuerit · inquo condiet' · neq; in terram
neq; in sterquilinium utile ē · sed foras mittet' ·
Qui habet aures audiendi · audiat ·
Erant aū adpinquantes ei publicani et pecca
tores · ut audirent illū · Et murmurabant pha
risei et scribe dicentes · quia hic peccatores recipit
et manducat cum illis · Et ait ad illos
parabolam istam dicēs · Quis ex uobis homo qui
habet centū oues · et si pdiderit unā ex illis · non
ne dimittit nonaginta noue in deserto · et ua
dit ad illā que perierat · donec inueniat illā ·
Et cū inuenerit eā · imponit in humeros suos
gaudens · Et ueniens domū · conuocat amicos
et uicinos dicens illis · Congratulamini mihi ·
quia inueni ouem meā que perierat · Dico uob ·
Quod ita gaudium erit in celo sup uno peccato
re penitentiā agente · quā sup nonaginta no
ue iustis qui ñ indigent penitentia ·
Aut que mulier habens dragmas decē · si perdide

rit dragmā unā. nonne accendit lucernā.
& euerrit domū. & querit diligentē. donec in
ueniat. Et cū inuenerit. cuocat amicas & ui
cinas dicēs. Congratulamini michi. quia in
ueni dragmā quam p dideram.

Ita dico uobis. Gaudiū erit coram angelis dei sup
uno peccatore. penitentiā agente.

Ait autē. Homo quidā habuit duos filios. & dixit
adolescentior ex illis patri. Pater. da michi por
tionē substantiē. quē me contingit. Et diuisit
illis substantiā. Et ñ post multos dies. egrega
tis omib' adulescentior filius peregre profectus
est in regionē longinquā. & ibi dissipauit sub
stantiā suā uiuendo luxuriose. Et postquā
omia consumasset. facta est fames ualida in re
gione illa. & ipse cepit egere. Et abiit & adhe
sit uni ciuiū regionis illius. & misit illū in uil
lā suā ut pasceret porcos. Et cupiebat im
plere uentrē suū de siliquis quas porci man
ducabant. & nemo illi dabat. In se aū reuersus
dixit. Quanti mercennarii patris mei abundant
panib'. ego aū hic fame pereo. Surgā & ibo ad pa
trē meū. & dicā illi. Pater. peccaui in celū & cora
te. iā non sū dignus uocari filius tuus. fac me
sicut unū de mercennariis tuis. Et surgens. uenit
ad patrē suū. Cum aū adhuc longe esset. uidit
illū pater ipsius. & misericordia motus est. Et accurrens

cecidit supra collū eius & osculatus est eū. Dixq;
ei filius. Pater peccaui in celū & coram te. iam non sū
dignus uocari filius tuus. Dixit autē pater ad seruos
suos. Cito, psferte stolam primam & induite illū. &
date anulū in manū eius & calciamenta in pedes.
Et adducite uitulū saginatū. & occidite. & man
ducemus. & epulemur. quia hic filius mus mortuus erat
& reuixit. perierat. & inuentus est. Et ceperūt epu
lari. Erat autē filius eius senior in agro. Et cū uenis
set & adappinquasset domui. audiuit sympho
niam & chorū. Et uocauit unū de seruis. & in
rogauit que hec essent. Ipse q; dixit illi. Frater tuus
uenit. & occidit illi pater tuus uitulū saginatū.
quia saluū illū recepit. Indignatus est autē. & nole
bat introire. Pater ergo illius egressus. cepit rogare
illū. At ille respondens. dixit patri suo. Ecce tot
annis seruio tibi. & nunquam mandatū tuū pre
teriui. & nūquam michi dedisti hedū. ut cū ami
cis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic qui
deuorauit substantiam suam cū meretricib' uenit. oc
cidisti illi uitulū saginatū. At ipse dixit illi.
Fili tu semp mecū es. & oma mea tua s. Epulari
autē & gaudere oportebat. quia frater tuus hic mor
tuus erat & reuixit. perierat. & inuentus est.
Dicebat autē & ad discipulos suos. Homo quidam erat
diues qui habebat uillicū. & hic diffamatus est apud
illū quasi dissipasset bona ipsius. Et uocauit

illū · ⁊ ait illi · Quid hoc audio de te · ⁊ Redde rati
onē villicationis tuę · iā enī non poteris villicare ·
Ait autē villicus intra se · Quid faciā · quia dominus
mis auferet a me villicationē · ⁊ fodere nō valeo · men
dicare erubesco · Scio qd faciā · ut cū amotus fuero
a villicatione · recipiant me in domos suas · Convoca
tis itaq; singulis debitoribus domini sui · dicebat
primo · Quantū debes domino meo · At ille dixit ·
Centū cados olei · Dixitq; illi · Accipe cautionē
tuā · ⁊ sedens cito scribe quinquaginta · Deinde
alii dixit · Tu vero quantū debes · Qui ait · Centum
choros tritici · Ait illi · Accipe litteras tuas · ⁊ scri
be octoginta · Et laudavit dns villicū iniquitatis
qd prudenter fecisset · quia filii huius seli prudenti
ores filiis lucis in generatione sua sunt · Et ego
vobis dico · Facite vob amicos de mamona iniqui
tatis · ut cū defeceritis recipiant vos in aeterna
tabernacula · Qui fidelis ē in minimo · ⁊ in maio
re fidelis ē · Et qui in modico iniquus ē · ⁊ in mai
ore iniquus ē · Si ergo in iniquo mamona fi
deles nō fuistis · qd verū est quis credet vob · Et si
in alieno fideles nō fuistis · qd verū ē quis dabit vob ·
